

Segada por  
D. Francisco Asenjo.

2-10

48




DE  
RECTA AT-  
QUE UTILI RATIONE  
CONFICIENDI CURRICV.

li Philosophiae. P. Ioh. Nunn-  
esij Valentini.

AD IL LVSTRISSIMVM AC REVE-  
rendissimum D.D. Gasparem Punter I.V.D.  
clarissimum Episcopum Der-  
tusanum.

ACCESSIT HVIC LIB. DVPLEX RATIO  
explanandi Arist. breui indicata. vna totis methodis eiusdem  
contenta, altera, quae sit praecedentibus explanatorib, atq.  
vtraque illustratum cap. i. lib. pe-  
rihermenias.

VITA ARISTOTELIS EX VETERV  
translatione cum eiusdem P. I. Nun-  
nesij notis.



BARCINONE,  
Ex Typographia Sebastiani à Cormellas.  
Anno. 1594.





**E**go Petrus Egidius Presbyter Societatis  
IESV, ex commissione admodum Illu-  
stris, & Reuerendissimi D. D. Iohannis  
Dymæ Loris Ep̄i Barcinon. Regijq. Consi-  
liarij, legi hunc librum de recta, atq. utili ra-  
tione conficiendi **C**urriculi Philosophiæ, a  
clarissimo, sapientissimoq. Doctore Petro  
Iohanne Nunneseo Valentino compositum,  
una cum vita Aristotelis ad finem accuratiffi-  
me ab eodem illustratâ, nihilq. in his repe-  
ri, quod Orthodoxæ fidei, Christianæ reli-  
gioni, morum integritati, aut doctrinæ phi-  
losophicæ puritati aduersetur. Immo ea in  
ex huius operis capitibus traditur magi-  
stris, atque discipulis forma docendi, discen-  
diq. Philosophiæ curriculi, vt, si fideliter  
obseruetur, illis ad accurate, & cum gloria  
docendum, istis ad utiliter, & cum laude di-  
cendum, & omnibus ad perfecte philoso-  
phiam intelligendum, absolutissima norma  
& regula sit futura. Quam ob causam iustif-  
icatum censeo, vt tam utile opus philoso-  
phiæ studiosis prodeat, typisq. mādetur. Bar-  
cinone in Collegio nostræ Societatis IV.  
Kal. Maij. An. 1593.

Petrus Egidius è Societate  
IESV.



**N**os Ioannes Dymas Loris  
Dei & sanctae sedis aposto-  
licae gratia Episcopus Barci-  
nonē &c. Visa approbatione praedieta  
huius libri, cui titulus est de recta, atq.  
utili ratione conficiendi curriculi phi-  
losophiae &c. editi ab egregio doctore P.  
I. Nun. Valentino concedimus licentiā im-  
primendi, & diuulgandi eum in nostra  
diœcesi. Datum in palatio Episcopali  
praesentis ciuitatis Barcinonē. die. 29. A-  
prilis. 1593.

I. Eps Barc.





# CAPITA HVIVS

Libri.

Cap. 1. de sex capitib. quib. haec disputatio absoluitur. p. 1.

Cap. 2. quae requirantur in eo, qui philosophiam utiliter discere velit. p. 2.

Cap. 3. quae desiderentur in eo, qui philosophiam docere velit. p. 19. b.

Cap. 4. quot, & quae docenda, ut decursus spatij philosophiae cumulate perficiatur. p. 29. b.

Cap. 5. quo ordine partium in commune, & priuatim cuiusq. partis hae artes docendae. p. 39. b.

Cap. 6. qua ratione doctor philosophiam, quod comodo fiat auditorum, explanare possit: in quo explanatio. i. cap. lib. perihermeneias. p. 64. b.

Cap. 7. de exercitationib. quibus se auditores philosophiae continere debent. p. 94.

Vita Aristotelis ex V. T. p. 97

Qui scripserint Arist. vitam, & coniectura de auctore huius vitae. p. 102. b.

Archontum series ab ortu Socratis, usq. ad Arist. mortem. p. 104. b.

Notae ad vitam Aristotelis.

FINIS TABVLAE.



AVCTORVM EDITORVM, ET MM.  
SS. quorum loci illustrantur, aut refellun-  
tur, aut corriguntur  
index.

- |   |                               |
|---|-------------------------------|
| <i>Academici.</i>                             | <i>Apuleius.</i>              |
| <i>Achilles Seathius Mathem.</i>              | <i>Aquila Romanus.</i>        |
| <i>Adrastus Peripateticus.</i>                | <i>Aratus.</i>                |
| <i>Adrastus Macedo Perip.</i>                 | <i>Archidemus Stoicus.</i>    |
| <i>Aelianus.</i>                              | <i>Archimedes.</i>            |
| <i>Aeschines Socraticus.</i>                  | <i>Architas Pythag.</i>       |
| <i>Georg. Agricola.</i>                       | <i>Aristarchus Grammat.</i>   |
| <i>Alcinous.</i>                              | <i>Aristippus Perip.</i>      |
| <i>Alexamenes Teius.</i>                      | <i>Aristocles Messenius.</i>  |
| <i>Alexander Aphrodis.</i>                    | <i>Aristophanes Comicus.</i>  |
| <i>Alexinus.</i>                              | <i>Aristoteles.</i>           |
| <i>Alypius philosophus.</i>                   | <i>Aristoxenus.</i>           |
| <i>Amelius.</i>                               | <i>Arrhianus historicus.</i>  |
| <i>Ammonius Hermiae.</i>                      | <i>Arrhianus philosophus.</i> |
| <i>Ammonius Saccas.</i>                       | <i>Artemo.</i>                |
| <i>Anatolius.</i>                             | <i>Asclepiades.</i>           |
| <i>Anaxarchus philosophus.</i>                | <i>Aspasius Peripat.</i>      |
| <i>Anaximenes.</i>                            | <i>Athenaeus.</i>             |
| <i>Andronicus recentior.</i>                  | <i>Athenio Peripat.</i>       |
| <i>Andronicus Rhodius.</i>                    | <i>D. Augustinus.</i>         |
| <i>Antisthenes Socraticus.</i>                | <i>Anton. Augustinus.</i>     |
| <i>Antisthenes Stoicus.</i>                   | <i>Anicenna.</i>              |
| <i>Apellico Teius Perip.</i>                  | <i>Ansonius.</i>              |
| <i>Apollodorus.</i>                           | <i>Bellunensis.</i>           |
| <i>Apollonius Dyscolus.</i>                   | <i>Bessarion.</i>             |
| <i>Apollonius auctor histor. mi<br/>rabb.</i> | <i>Boethius.</i>              |
|   | <i>Boethus Sidonius.</i>      |



Callippus Cizycenus.  
Callisthenes. Peripat.  
Gul. Canterus.  
Carneades.  
Lud. Carrio.  
Cassiodorus.  
Cassius Hemina.  
Cebes Socraticus.  
Georg. Cedrenus.  
Censorinus.  
Cephisodorus.  
Chalcidius.  
Chio Platonic.  
Chrysippus Cnidius.  
Chrysippus Stoic.  
Clearchus Peripat.  
Clemens Alexandrinus.  
Cleomedes.  
Clitus Peripat.  
P. Coluus.  
Crates Grammaticus.  
Critolaus Peripat.  
Q. Curtius.  
D. Cyrillus.  
Dalemchapius.  
Damas.  
Damascius philosophus.  
Demetrius auctor lib. de elo  
cut.  
Demetrius Magnes.  
Demochares.

Demosthenes.  
Dicaearchus. Perip.  
Didymus schol. Hom.  
Dio. Chrysostomus.  
Diodorus Dialecticus.  
Diod. Siculus.  
Diogenes Apolloniata.  
Diogenes Laertius.  
Diomedes.  
Dionysius δ ΔΟΥΝΥΤΗΣ  
Dionysius Halicarn.  
Dionysius Thrax. Gram.  
Echecratides. Perip.  
Empedocles.  
Sex. Empiricus.  
Epicharmus.  
Epictetus.  
Epicurus.  
Epigrammata.  
Erasistratus.  
Erymneus Peripat.  
Etymologista.  
Eubulides.  
Euclides.  
Eudemus Peripat.  
Eudorus Academicus.  
Eudoxus Cnidius.  
Eumolus historicus.  
Eunapius.  
Euripides.  
Eusebius.



Eustathius.  
Euxitheus Peripat.  
Explanatores Platō. Arist.  
P. Fonseca.  
Fortunatianus.  
Galenus.  
A. Gellius.  
Gifanius.  
Guarinus.  
Harpocratio.  
Hephaestio.  
Heraclides Ponticus.  
Heraclitus Philos.  
Hermagoras.  
Hermagorei.  
Hermias Platon.  
Hermias tyr. an. Perip.  
Herminus.  
Hermippus.  
Hermogenes.  
Hermelaus Barbarus.  
Hero Mathem.  
Herodotus.  
Hervetus.  
Hesiodus.  
Hierocles.  
D. Hieronymus.  
Hieron. Rhodius. Perip.  
Hippiatri.  
Hippocrates.  
Homerus.

Hyperides.  
Iamblichus.  
Iohan. ὁ γλοκὺς.  
Iosephus Hebraeus.  
D. Isidorus Hispalen.  
Isocrates.  
Iustinianus imperator.  
Iustinus historic.  
Leui Gersonides.  
Libanius.  
Linconiensis.  
Lipsius.  
T. Livius.  
Lucianus.  
T. Lucretius.  
Ludatius.  
Lycō Perip.  
Lycō Pythag.  
Macrobius.  
Magentinus.  
Manilius.  
Marinus Platon.  
Martianus Capella.  
Mela Pomponius.  
Melissus.  
Meno Peripat.  
Metrodorus.  
Michael Graecus recentior.  
Bern. Mirandulanus.  
Monlorius.  
Moschopulus.

<i>Neanthes.</i>	<i>Philoponus.</i>
<i>Nicagoras Hermes.</i>	<i>Philostratus.</i>
<i>Nicander Alexandrinus.</i>	<i>Phocylides.</i>
<i>Nicetas.</i>	<i>Phormio Stoic.</i>
<i>Nicolaus Damascenus.</i>	<i>Phrynichus Gram.</i>
<i>Nicomachus pater Arist.</i>	<i>Plato.</i>
<i>Nicomachus F. Arist.</i>	<i>Plinius.</i>
<i>P. Nigidius Figulus.</i>	<i>Plotinus.</i>
<i>Octavianus Ferrarius.</i>	<i>Plutarchus.</i>
<i>Oenopides Chius.</i>	<i>Polemarchus Cizicenus.</i>
<i>Olympiodorus.</i>	<i>Pollux.</i>
<i>Origenes.</i>	<i>Polyaenus Philos.</i>
<i>Orpheus.</i>	<i>Polybius.</i>
<i>Ortelius.</i>	<i>Porphyrus.</i>
<i>Orus Aegyptius.</i>	<i>Possidonius.</i>
<i>Panetius Philos.</i>	<i>Praxiphanes Perisp.</i>
<i>Papirius Fabianus.</i>	<i>Priscianus Gram.</i>
<i>Parnzenides.</i>	<i>Priscianus Lydus.</i>
<i>Pasicrates Peripatet.</i>	<i>Proclus Lycius.</i>
<i>Franc. Patricius.</i>	<i>Protagoras.</i>
<i>Pausanias.</i>	<i>Pfellus.</i>
<i>Persius.</i>	<i>Ptolemaeus Mathem.</i>
<i>Petronius Arbiter.</i>	<i>Ptolemaeus Peripat.</i>
<i>Petrus Hispanus.</i>	<i>Ptolemaeus Philadelphus.</i>
<i>Phanias Peripatet.</i>	<i>Ptolemaeus Philos.</i>
<i>Phavorinus.</i>	<i>Pythagoras.</i>
<i>Philippus interp. Ori.</i>	<i>Pythagorici.</i>
<i>Philippus Rex.</i>	<i>Quintilianus.</i>
<i>Philo Academ.</i>	<i>Rodiginus.</i>
<i>Philo Hebraeus.</i>	<i>Roisius Arabs.</i>
<i>Philochorus Historic.</i>	<i>Rufus Ephesus.</i>



*Sansonius,*  
*Sannonorola.*  
*Scholiastes Iliad. Hom.*  
*Scholiastes Odys. Hom.*  
*Schol. Thucydidis. (cert.)*  
*Scutellus.*  
*Seneca Philos.*  
*Sigonius.*  
*Simplicius.*  
*Socrates.*  
*Solinus.*  
*Sophianus.*  
*Soranus.*  
*Speusippus.*  
*Statius.*  
*Stephanus de urbib.*  
*Stobaens.*  
*Stoici.*  
*Strabo.*  
*Strabonis epitoma Graeca.*  
*Strato Peripat.*  
*Stroxa Cyriaeus.*  
*Suetonius.*  
*Suidas.*  
*Synesius.*  
*Syrianus Platonis.*  
*Tacitus Cornel.*  
*Taurus Platonis.*  
*Teles Philosoph.*  
*Terentius Comic.*  
*Terentius Varro.*

*Themistius.*  
*Theo.*  
*Theocritus Chiis.*  
*Theodectes.*  
*Theodorus Logotheta.*  
*Theognis.*  
*Theophrastus.*  
*Theopompus Atheniens.*  
*D. Thomas.*  
*Thucydides.*  
*Tifernas.*  
*Timaeus Tauromenita.*  
*Timotheus Atheniens.*  
*Trogus Pompeius.*  
*M. Tullius Cicero.*  
*Tyrannio Gram.*  
*Tyrius Maximus.*  
*Iohan. Tzetzes.*  
*Valerius Maximus.*  
*Verrius Flaccus.*  
*Vetus tralatio Arist.*  
*Aur. Victor.*  
*P. Victorius.*  
*Virgilius.*  
*Vitellio.*  
*Vitruvius.*  
*Xenarchus Philos.*  
*Xenocrates.*  
*Xenophon.*  
*Zeno Stoicus.*  
*Zeno Velinus.*  
*Finis.*





ILLVSTRIS-

SIMO AC REVE-

RENDISSIMO D. D. GA-

spari Punter. I. V. D. clarissimo Epi-  
scopo Dertusano Pet. Ioh.

Nunnesius Valenti-

nys. S.



Vperioribus annis cū  
Bareinone Valentiam  
reuertissem, Illustri-  
sime Episcopo, inter-  
fui saepe eruditissimo  
rum hominum, cuius  
modi multos illa schola sēper extulit,  
sermonibus: quib. vehemēter querebā-  
tur omnia studia bonarū artiū apud il-  
los, ac praesertim philosophiae non si-  
ne communi omnium artium detrimē-  
to iam pridem iacere, quaerendāq. ali-  
quā rationē dicebāt, qua tāto malo pos-  
set subueniri, & praesertim in studijs  
philo-

philosophiae: cuius ignoratione verebā-  
tur, ne pauci, licet frequentes eo conue-  
nirent, in studijs Medicinæ, & Theolo-  
giæ, quæ ibi tāta celebritate nominis,  
& famæ iamdiu floruerant, proficerēt.  
commemorabant eorū, qui cursum stu-  
diorum philosophiæ coepissent, alios  
vix e carcerib. emissos, alios medio spa-  
tio constitisse, aut desperatione perci-  
piendi philosophiam, alio cursum suū  
flexisse: siqui calcem vidissent, cuiusmo-  
di paucos esse affirmabant, a calce ad  
carceres plerosq. suasu eruditorum ho-  
minum fuisse reuocatos: quod rudes ad-  
huc, & ignari philosophiæ existimarentur,  
culpāq. eius rei partim doctoribus,  
partim discipulis ascribendam esse: illis  
quod vix, ac ne vix quidem decimam  
partem præceptionum philosophiæ  
suis auditoribus traderent, eosq. & pro-  
lixis, & inutilib. disceptationibus iusto  
lōgius, & diutius remorarētur, his, quod  
præpropere festinatione exitum ma-  
gis, & insignia, quam intelligentiā phi-  
losophiæ spectarent, neq. vt par erat, in

fin-



ſingulis eius partib. exercerentur. reuo-  
cabant porro illud in memoriam curri-  
culum philoſophiae integrum, & omni-  
bus ſuis partib. abſolutum cum acceſ-  
ſione etiam Poeticorum, & Rhetorico-  
rum Ariſt. a me Caefarauguae decur-  
ſum fuiſſe, ex illiſq. ſpatijs, vt ijs videba-  
tur, clariffimos viros non ſolum in ſtu-  
dio philoſophiae, ſed in alijs quoq. arti-  
bus euaiſſe: vt praeter ceteros I. V. pe-  
ritiffimos Punterios fratres, alterũ E-  
piſcopum nunc Dertuſanum, alterum  
Archidiaconum Aureolenſem, Theolo-  
giacq. ſcientiffimos Priores illos pieta-  
te inſignes Caefarauguanos Francis-  
cum Duartium, & Bartholomaeũ Lau-  
rentium, medicinae autẽ callidiſſimos  
Francis. Lopeſum Carenſem, & Galce-  
randum Eſclergium Tarraconenſem:  
qui praematura morte magnum ſui po-  
ſteris deſiderium reliquerunt, atque  
duo illa lumina humaniorũ artium, &  
omnis litteraturae politioris Ioh. Mar-  
cum Archiprebyterum Darocenſem,  
& Paetum illum omnium acutiſſimum  
Iler-



Ilergavonenſem. Hac commemoratio  
ne vrgebar ab illis tum vehemeter, vt  
rationem, quam & in docendis, & in ex  
ercendis meis auditoribus ſecutus e-  
rã, illis quam planiſſime fieri poſſet, de-  
monſtrarem. Ego illos ad veteres Peri-  
pateticos, illorumq. inſtituta reiſeiebã:  
illi contra inſtabant, non omnia vno lo-  
co apud illos collecta, quae ad illud ar-  
gumentum pertinerent, poſſe reperiri,  
me, qui multa, eaque aſſiduo ſtudio, lō-  
goq. temporis interuallo obſeruaſſem,  
poſſe illa facile cum multis communi-  
care, & vt planius ab ijs, qui rebus pu-  
blicis praepoſiti eſſent, intelligerētur,  
patrio ſermone plane deſcribere. ita,  
cum anguſtius ab illis premerer, quo-  
rum nec auctoritati, neq. voluntati vllō  
pacto refragari poteram, teneri nō po-  
tui, quin hoc illis ſero quidem, ac pae-  
ne perinuitus concederē, ea duntaxat  
condicione, vt Latina quidē oratione, li-  
cet ad quotidianā ſere ſermonis ſchola-  
rū cōſuetudinē demiſſa, ſingula perfe-  
querer. Et quoniam tu Epifcope Illu-  
ſtris-

Illustrissimo princeps testium nostrae il-  
lus industriae, & fructuū, qui ex illa per-  
cepti fuerunt, & merito quidem, existi-  
maris, tibi potissimum hoc opus debe-  
ri, & despondendum esse existimaui: ut  
tali, tantoq. teste, si qui fortasse dubi-  
tant, fieri ne possit, ut tam longus eur-  
sus, & eommodo auditorum intra qua-  
drenniū conficiatur, erubescāt, neq.  
in posterum audeant. mitto exē-  
plum clarissimum Hermolai Barbari  
viri eruditissimi: qui cum a Graecis il-  
lustrissimis, qui primi bonas artes  
Constantinopoli in Italiam aduexe-  
rant, Philosophiam accepisset, intra i-  
dem temporis spatium omnia scripta  
Aristotelis suis auditorib. explananda  
suscepit. Accipe igitur, ne te diutius te-  
neam, Episcopo Illustrissime, benigne,  
ut soles, hoc munusculū nostrum tibi  
metitissimo debitum. Quod, ut auctius  
& notatius prodiret, adiunximus illi eo-  
dem non admodum ab eo discrepan-  
tis argumenti vitam Aristotelis ex vete-  
ri translatione, nōdū quod scia, editā, non  
ele-




eleganter illam quidem Latine loquer  
tem, sed fidissime tamen Graeca expr  
metem, et auctario nostrarum in illa no  
tarum. Quae si tibi probari animadue  
tero, maiora, & grauiora, si quae tamen  
eiusmodi a me expectari possunt, pro  
pediem tuo nomine tanquam *τιλαι*  
*ἢ ἀργύριον*, vt Pindari illud vsurpem  
in signa apparebunt. Vale lumen Eccl  
siae clarissimum. Barcinone. A. D.

XIX. Kal. Februarij. Anno a


Christo nato. M. D.

LXXXIII.



# DE RECTA ATQ. UTILI RATIO ne conficiendi curriculi Philosophiae.

Caput. 1. de sex capitib. quib.  
*haec disputatio absolvitur.*

VAERENTI Mihi  
qua ratione curriculū  
philosophiae recte, &  
cum aliquo eius stu-  
diosorum commodo  
confici possit, sex ca-  
pita occurrunt, quae videntur accurate  
in gymnasijs praestari oportere. Primū  
ne quivis e vulgo auditorum ad studia  
philosophiae admittatur, nisi is, cuius  
ingenij, industriae, ac ceterorum orna-  
mentorum cum naturae, tum studij, &  
eruditionis periculum prius ab erudito,  
& probo viro factum fuerit. Quod a Py-  
thagora, Socrate, Platone, Xenocrate,  
Aristo-



## DE RECTE CONFIC.

Aristotele, & alijs clarissimis philosophis diligenter obseruatum fuisse accepimus. secundum, ne integrum sit cui libet magistro e triuo philosophiam docere, sed ei tantum, qui illis ornamentis instructus fuerit, quae in optimo doctore philosophiae a priscis, & praestantissimis philosophis desiderari solebāt. Tertiū, vt provideatur accurate. quot artes separatim, & qua facta accessione tradēdae sint, ne quid ad integrā, & cumulatā philosophiae cognitionem desiderari posse videatur. Quartum, quo ordine cum singulae artes, tum illarum membra doceri debeant: vt series totius philosophiae perpetua, & certa in commune, & separatim sibi consentiat. Quintum qua ratione, & via magister singula docere debeat, vt ea, quae didicerint, magno vsui auditoribus esse possint. Sextum, atq. extremum, quae genera exercitationum adhibenda a studiosis philosophiae, vt suorum laborum fructus ferāt magnos, & yberes.

Cap. 2. quae requirantur in eo, qui  
*philosophiam utiliter discere velit.*



Xplanatores Graeci Aristot.  
 in praefatione commentt. ad  
 Categorias multa de hoc ar-  
 gumento disputant: sed quo-

niam apud A. Gellium lib. 20. cap. 4. legi-  
 mus, quae Aristot. postularer ab eo, qui  
 philosophiae operam daturus esset, prae-  
 stat illa magistro Aristotele, quam ex  
 eius interpretum sententia cognosce-  
 re: praesertim cum hac aetate omnes  
 scholae solam poene Aristot. disciplinam  
 profiteantur. A Gellius igitur docet quat-  
 tuor res solitum Aristot. flagitare ab eo  
 qui eius *ἀκροαματιῶν* discere vellet.  
 Sed quia alia quoque erant eius scripta,  
 quae *ἐξωτερικῶν* appellabat, neque o-  
 mniū cōsentiens est de acroamaticorū  
 numero, & quae essent, sententia, vidēdū  
 principio, quae propria illorū nota esset,  
 ut vere de hac disputatione existimare  
 possimus. Acroamatica itaque ut veteres  
 Peripatetici docēt, eae cōsebantur in quib.  
 artes rationib. necessarijs, cuiusmodi illae



## DE RECTE CONFIC.

Mathematicorum erant, docebantur. Ob quam etiam causam ea solis germanis auditoribus a veteribus Peripateticis tradebantur, a quibus & nomen accepisse videntur, & matutino tantum tempore, quod musis gratius esse omnes attestantur. In exotericis vero probabilibus rationibus eadem Peripatetici confirmabant, & tempore quidem vespertino, ad ea que cognoscenda vulgus etiam auditorum admittebant. His ita constitutis Plutarchus grauis imprimis philosophus in Alexandro. & A. Gellius negant libros Ethicorum, & Politicorum acroamaticos esse: sed quo iure non video: cum in illis Arist. Philosophiam Moralem exquisitis demonstrationibus quantum patitur rei natura, persequatur. Itaque idem Arist. in illis saepe nos ad exoterica eiusdem argumenti scripta reijcit, quasi ea quae illis ipsis continentur, acroamatica esse existimet. Alexand. quoque certissimus Arist. interpres li. primo com. in Topp. acroamaticos illos libros esse voluit: quem ceteri Graeci explanato-

res sequuntur. & vero M. Tullius. 5. de Finib. quanquam negari illud non potest, si cū reliquis partib. Philosophiae conferantur, minus acroamaticos esse: cum demonstrationes illorum infirmitates sint propter mores, & instituta Rerum pubb. quae locis, & temporibus saepe multum variant. negat patro idem A. Gellius libb. Rhetoricorum, atq. Elenchorum in acroamaticis numerari posse: proter quam etiā causam neque Topicorum libb. qui eiusdem notae sunt; atq. Elenchi, neque Poeticorum, qui gemini sunt illis Rhetoricorum, in eū censum idem retuleffet. Alexander quòque diserte infitiatur Topp. & Rhetoricorū libb. acroamaticos esse: & vere quidem. etenim in illis omnia L. 1. Topp. τὸ πρῶτον, & pingui Minerua explicantur, vt ille ipse Arist. fatetur, ac praesertim illa, quae ex Philosophia morali in vtrisque repetuntur. Idem plane de poeticis, atq. Elenchis iudicandum. Ammonius tamen, & Simplicius hos ipsos ad Acroamaticos reuocarunt: confundentes ni-



## DE RECTE CONFIC.

mirum Syntagmaticos cum acroamaticis. sunt enim hi libri perpetua serie scripti, quae quae ad vnum scopum pertineat, & genere dictionis apto ad artes tradendas, quae notae traduntur Syntagmaticorum. Non sunt tamen exquisitis demonstrationib. quales illae mathematicorum contexti. Nam licet in Rhetoricis ponantur ab Arist. multae definitiones, vt beatitudinis, & partiu illius, atq. boni, ex illis quae tanquam ex initijs conclusiones eliciantur, tamen illae definitiones non sunt exquisitae, vt idem docet, sed leues, & probabiles. Concludamus igitur paucis totum hunc locu: in acroamaticis collocabantur a Peripateticis libb. vtriusq. partis philosophiae quales, qui hac aetate superstites sunt: in quib. explanandis multum operae, & studij veteres interpretes adhibuerunt. & libb. praeterea Analyticorum, atq. eius pattis logicae, qui instar elementorum Analyticos antecedunt, in quibus de categorjis, atq. enunciatione disputatur. Haec itaq. docebat Arist. suos legitimos

gitimos auditores horis antemeridianis  
 antequamurgeretur, vt scribit Laert. po-  
 meridianis vero quosuis e vulgo audito-  
 res in ceteris exercebat, vt in Poeticis,  
 rhetoricis, atq. in exotericis vtriusq. par-  
 tis philosophiae, ac praesertim in mora-  
 lib. & ciuilib. quae & fructuosiora sunt vi-  
 tae humanae, & magno vsui esse pote-  
 rant ad reliqua, vt ad rhetorica, & Topi-  
 ca exercenda. Sed vt ad id, quod institui-  
 mus, redeamus, quattuor res flagitabat  
 Arist. a germano acroamaticorum au-  
 ditore. Erant autem hae: ingenium, stu-  
 dium in discendo, atq. labor, & elemen-  
 ta eruditionis. Sic & Pythagoras ado-  
 lescentes, qui se ad discendum, vt inquit A.  
 Gellius, obtulerant, a principio ἐπιούρα  
 νόου, id est vultum, & speciem to-  
 tius eorum corporis attente considera-  
 bat, vt ex eo conijceret, essent ne ido-  
 nei, vt ad Philosophiam reciperentur.  
 Quos enim cernebat ineptos ad id stu-  
 dium esse, non patiebatur operam apud  
 se perdere. In ingenio vero illa spectanda  
 videntur: primum vis ea, qua res propo-



DE RECTE CONFIC.

fitae facile percipiuntur, cui vulgo proprie nomen ingenij tribuimus, deinde altera vis grauior iudicij, ac praesertim illa quae quae per se nota, quaeque non sunt per se nota, diiudicat, hac parte iudicij nulla praestabilior ad veritatis investigationem, quae philosopho potissimum proposita est. etenim ea fit, vt in ijs, quae per se nota sunt, probationem non requiramus: vt in illis axiomaticis omnium maius est sua parte, bonum omnia expetunt, ad cetera probationes conquiramus, & praesertim ex illis, quae per se perspicua, atq. euidentia sunt, petitur. memoria quoque ingenio subiicitur auctore Cicerone. Quae pars, & si necessaria semper est habita ad omnes artes cognoscendas, nullo tamen saeculo magis, quam illo veterum philosophorum. nam cum illi philosophiam non ex scripto, sed memoriter, & methodo docerent, quam rationem docendi demonstrat Plato in Phaedro multo altera meliore esse, oportebat auditores memoria bona a natura donatos esse, aut certe eam magno

C V R R I C V L O P H I L O S. §

studio colere, cū scriptis cōfidere, vt hac  
 aetate nō possent. ac si quae scripta ede-  
 rētur, tātis tenebris breuitatis opprime-  
 rētur. vt nutus verius, vt ait Galenus, vi-  
 derētur, quā praecepta: quod ijs trade-  
 rētur, qui illa antea audissent, quiq. Ma-  
 thematicarum, & aliarum artium co-  
 gnitionem ante perceptam attulissent.  
 altera pars, quae postulabatur ab Arist.  
 erat studium, non illud quidem quae-  
 stus, nec ambitionis, quo Sophistae eius  
 aetatis flagrabant, sed studium ardens  
 veritatis. cuiusmodi est illorū, qui cau-  
 sam semper, aut rationem conquirunt,  
 nec vnquam conquiescunt, nisi cogni-  
 ta causa cur ipsi, aut alij quicq. faciant,  
 aut dicant. Pythagoras quidem multis  
 utebatur cohortationibus: quib. audito-  
 res suos ad studium philosophiae inflā-  
 mabat: quales leguntur multae apud Iā-  
 blichum de secta Pythagoreorum. Idē  
 monet Plato in Euthydemo faciendū  
 esse. Et vero Arist. orationem ediderat,  
 qua Timoleontem regem Cypri, vt ait  
 Stobaeus, ad studium philosophiae co-



DE RECTE CONFIC.

hortabatur. Alexan. autem Aphrodis. li. 2. comm. in Topicis. meminit eiusdem, aut alterius orationis Arist. eiusdem argumenti, & Laert. quoq. in catalogo ipsius librorum, atq. a Theophrasto aliam edicam commemorat, quae in eodem argumento versaretur. Hos imitatus Galenus composuit orationem, qua suadet studium Medicinae: quanquam multi negant illius auctorem Galenum fuisse. D. tamen Hieronymus aduersus Iovinian. illam Galeno ascribit. Tertium caput, quod Arist. desiderat in germano auditore Philosophiae, erat laboris assiduitas. neque mirum. Etenim cum Arist. ad singulas partes philosophiae postularet in auditore cognitionem historiae illius partis, ut post intelligetur, quales sunt historiae de animalibus, & plantis, non poterat illud sine magno labore praestari. Solebant praeterea Peripatetici illi veteres, ut tradit Animo. siue Philop. in comm. Categ. ad intelligendam perfecte quamque artem, antea conficeret sibi libros hypomnematicos (sic enim

CURRICULO PHILOS. 6  
nim appellabant ) in quos veterum, qui  
illos antecesserant, sententias de qua-  
que re conferebat, adiunctis & rationib.  
quib illas confirmarent, atque etiam ali-  
quando illarum confutationib. in qui-  
bus libb. multum erat studij, & diligen-  
tia collocandum. eiusmodi videtur esse  
libellus Arist. qui vulgo circūfertur de  
Zenone, Xenophane, & Gorgia. eiusdē  
notae scripserat libb. idem de Rhetorica  
vt obseruat M. Tullius in. dialogis de o-  
ratore. eodem referendae videntur Hi-  
storiae Arithmeticae Theophrasti, & hi-  
storia Astronomica, atque altera Geome-  
trica Eudemi: cuius frequens mentio a-  
pud Proclum, & Simplicium, & libb. illi  
sex Menonis de Medicina discipuli itē  
Arist. quorum meminit Galen. in com.  
Hippo. de Nat. hum. Postremo, cum  
Arist. suos discipulos eloquentissimos  
redderet, vt ait Strabo, opus quoque erat  
ad eam item facultatem comparandam  
magno studio, & labore. Quartum cap.  
quod Arist. in discipulo futuro philoso-  
phiae requirebat, notatur nomine ele-  
men.



DE RECTE CONFIC.

mentorū eruditionis. Cuius nominis  
 notioni subijciebatur, vt suspicor, prima  
 institutio artium liberalium, non tam pri-  
 mi illius gradus studiorū, cuius idem me-  
 minit li. 8. Politicc. quo docebantur Grā-  
 matistica, Gymnastica, & musica cum Pi-  
 cturae accessione, quam alterius politio-  
 ris, quam Galen. multis in locis commu-  
 nem, & vulgarem Graecorum nominat:  
 ad quam pertinebant Grammatica,  
 Rhetorica, & Mathematicae, vt idem an-  
 notat, atq. Sex. item Empiricus, & alij. Ac  
 de Grammatica quidem nemini dubiū:  
 quanquam Plato, & Arist. nomine illius  
 fere eam accipiant, quae post gramma-  
 tistica proprio nomine fuit vocata ab A-  
 sclepiade. Sic enim Arist. lib. 6. Topiccc.  
 Grammaticam definit scientiam legen-  
 di, & scribendi, quod dictatum est. Nam  
 de mathematicis, quod ad institutionē  
 primam spectarent, satis liquet ex Poetis  
 antiquis, vt ex Aristophane, & alijs, Ae-  
 schine item, & Xenocrate, & alijs. Plato  
 siquidē lib. 7. de legg. praecipit, vt Mathe-  
 maticae ante philosophiam discantur.

lib

lib. vero. 7. de Rep. appellat illas cum  
 proemia dialecticae, tum *προπαιδείας*  
 q. d. primam institutionem, aut elemen-  
 taeruditionis: idem enim vtrunque va-  
 let. Idem etiam Plato in foribus sui Gy-  
 mnasij nobile illud dictum proscripse-  
 rat *ἄνευ εἰσότητος ἀγεωμέτρων* q. d. ne-  
 mo huc ingrediatur expertis Geometri-  
 ae, id est artium mathematicarum ru-  
 dis. Aeschines item Socraticus in Axio-  
 cho (ei enim Harpocratio illum dialo-  
 gum tribuit, non vt vulgus Platoni, aut  
 Xenocrati) cum de miserijs vitae huma-  
 nae disputat, conqueritur pueris praepo-  
 ni Criticos (sic autem Grammaticos olim  
 nominatos docent Dio in orationib. &  
 Sex. Pyrrhonius lib. de Grammatica) so-  
 lere, atq. Geometras, id est mathemati-  
 cos, post in Lyceum, & Academiam mit-  
 ti. huic finitima est illa exostulatio Te-  
 letis philosophi apud Stobaeum, de pue-  
 ris, qui primum traduntur ludi magistro,  
 paedotribae, Harmonico, & pictori, dein-  
 de cum adultior est aetas, Arithmetico,  
 & Geometrae. Xenocrates autem audi-  
 tor



DE RECTE CONFIC.

tor, & successor secundus Platonis mathematicas ansas philosophiae nominabat, quasi, qui illas non tenerent, operam in philosophia perderent, & quod acerbius est, si qui illi tradebantur ad philosophiam discendam mathematicarum ignari, ad carendas lanas, ut loquitur Plautus, ab illo ablegabantur. Arist. vero li. 6. Nichomacch. causam affert, cur pueri primum docendi mathematicas, non physicam, neque sapientiam, multo vero minus philosophiam moralem, ut idem lib. 1. Nichomm. demonstrat. Ita Galen. scribit se cum mathematicas probe a parente domi didicisset ad dialecticam, & philosophiam discendam accessisset, experitumque saepe esse, quantum praesidij mathematicae artes ad philosophiam recte intelligendam afferrent. Quod si quis obijciat Arist. eodem tempore philosophiam matutina deambulatione, & Rhetoricam pomeridiana docuisse, dicant illud fecisse non tam quod in ea haeresis esset, quam aemulatione Isocratis summi Rhetoris commotum, ut M. Tullius. & Quin

til,

Et il. referunt. nam & ipse Arist. lib. 3. Rho-  
 torice. artium discretim profiteretur, prae-  
 cepta de elocutione ad omnes artes do-  
 cendas necessaria fere esse, exceptis sci-  
 licet mathematicis: de quibus vere Ma-  
 nilius Ornari res ipsa negat, contenta  
 doceri. Quid? quod exordia, & epilogi,  
 quib. in omni fere arte tradenda illi pri-  
 sci scriptores vtuntur, nō alio artificio,  
 quā Rhetorico praestari recte possunt.  
 numeremus igitur in elementis erudi-  
 tionis Grammaticam, Rhetoricam, &  
 mathematicas. Ita Philo ille Hebraeus  
 eruditissimus multis in locis has ead-  
 dem artes *עַן תוֹסֵף דַּעְמַיִדְעֻמַּאסִי* id est  
 prima institutione, & in ancillis, & mi-  
 nistris philosophiae recenset. Idem ob-  
 seruauit Clemens Alexādrinus in Stro-  
 mate, Origenes in Philocalia, Synesius  
 in Dione, & alij Theologi, atq. ex philo-  
 sophis Sex. Chaeroneus idem plane de-  
 clarat sex illis libris eruditissimis, quib.  
 has artes exagitat, quae ante Dialecticā  
 & philosophiā vulgo discebantur. Por-  
 thyrus quoque lib. 6. de Historia philo-  
 sophica



DE RECTE CONFIC.

sophica auctore Tzetze in chiliadd. in  
 orbe disciplinarum ( κύκλος ille indi-  
 gitabat) enumerat, Grammaticam, Rhe-  
 toricam, & Mathematicas: quibus velu-  
 ti fastigium, & apicem philosophiam ad-  
 hibet. Has artes idem Porphyrius etiā  
 egregie calluerat, vt docet Eunapius in  
 eius vita. Ex philologis vero Martianus  
 Capella in Satyrice suo de nuptiis Phi-  
 lologiae superioribus assentitur, imita-  
 tus Varronis, vt conijcere licet, libros  
 de nouem disciplinis: quorum Vitru-  
 uius, Nonius, & alij meminerunt. Hoc i-  
 psum spectauit & Cassiodorus libellis il-  
 lis suis de orbe disciplinarum liberaliū.  
 Quod etiam secutus D. Isidorus libris  
 priorib. suarum Etymologiarum. ac ne-  
 plurib. commemorandis molestior sim-  
 qui primi in Scholas inuexerunt in si-  
 gnia illa graduum, & honorum, quib. cō-  
 honestantur, quos illi voce Gallica bat-  
 lliarios appellant, magistri, & doctores  
 eandem sententiam approbarunt, cum  
 edicto sanxerunt, ne quis in collegiū  
 doctorum Medicinae, aut Theologiae  
 recip

recipi posset, nisi qui Batallarius in septem artib. liberalib. esset constitutus, neq. philosophiae doctor vllus renunciari posset, nisi qui septem illas artes comites philosophiae antea percepisset, suae que eruditionis in illis specimen publice dedisset, periculumq. illius in batallariatu ab eruditis viris factum diligēter fuisset. Idem de iurisprudentia cauendum, si ea, vt vere innuit Arist. in extremo Nicomm. nihil aliud est, quam praxis philosophiae moralis. ex his perspicuum fit omni saeculo, et omnibus reliquarum artium liberaliū professorib. hanc sententiam probatā fuisse communis institutionis Graeciae, quam Arist. a superiorib. acceptam retinuerat, nequis ad diatribas philosophiae admitteretur, nisi ijs artibus esset primum instructus. Grammatica scilicet, atque illi attributis historia, et Poetica, et Rhetorica, atque mathematicis. His praesidijs munitus Arist. adiit Platonis scholam: vt eius vitae scriptores testantur. Noui non defuturos hoc loco, qui



## DE RECTE CONFIC.

iactitent, ad philosophiam Aristotelicā,  
 quam solam vulgo omnes profitemur,  
 non esse necessariam mathematicarum  
 cognitionem, quod memini me aliquā-  
 do inaudisse, praesertim in logicis, vbi  
 pro mathematicis exemplis reponi pos-  
 sunt aliarum artium exempla. Quod e-  
 tiam si illis concederemus, negare nul-  
 lo modo possent, quin libros de Caelo  
 Arist. nemo omnino sit percepturus ac-  
 curate, nisi qui Astronomiam nouerit,  
 neq. disputationes illas nobiles Meteo-  
 rologg. de Galaxia, cometis, de ventis,  
 Iride, Parhelijs; virgis, et alijs eiusmo-  
 di: quae sine optidorum, et catoptrico-  
 rum intelligentia nulla ratione possunt  
 intelligi. Nam quid dicemus de prima  
 philosophia? cuius disputatio illa claris-  
 sima de numero mentium tota pendet  
 ex Astronomiae cognitione: cum orbiū  
 eccentricorum, epicycliorum, et aliorū  
 perceptionem necessario postulet. Iam  
 vero in Ethicis quanti interest ad iu-  
 stitiae distributionē rationem Arithme-  
 ticam analogiarum nosse. Librum vero

C V R R I C V L O P H I L O S. 10  
oſtauum Politicorum quis perfecte un-  
quã aſſequetur ignorata arte Muſicae?  
ſed, vt ad logicã Ariſt. redeamus, vt exẽ-  
pla illius mathematica cum aliarum ar-  
tium exemplis commutari poſſint, ta-  
mẽ ſatius eſt illa retineri, ac praefertim  
in parte Analytica. etenim cum Ariſt.  
doceat lib. 1. de Partt. animal. ad quam  
que artem perfecte diſcendam maximo  
adiumento eſſe cognitionem eius Hi-  
ſtoriae, vt ad ſcientiam de animalib. et  
plantis hiftoriam vtriuſq. hiftoria autẽ  
Analyticae, quam ipſe ſcientiam demõ-  
ſtratiuam diſerte appellat in auace-  
phalaeoſi primae philoſophiae, nuſquã  
planius cernatur, quam in demonſtra-  
tionib. mathematicis, quae omnium  
artium humanarum certiffimae vere  
exiſtimantur, planum eſt mathematica-  
rum artium exempla analyticis eſſe cõ-  
gruentiora: quas artes primo veteres  
docebantur, vt facilior illis aditus ad  
ceteras cognoſcendas pateret. Galen.  
ſane multis in locis ingenuè fatetur  
ſe beneficio mathematicarum in eligẽ-



DE RECTE CONFIC.

da secta philosophorum non aberrasse,  
 ac veritatē plerumq. in omnib. partib.  
 Philosophiae, et medicinae, quae alios  
 fugiebat, certo assecutum. Quod ipse  
 expertus sum, breui commemorabo  
 Venit aliquando ad me vir quidam no-  
 bili loco natus, et in mathematicis ma-  
 xime versatus, rogans, vt illum Logicā  
 docerem, quod cum a me impetrasset,  
 mirabar quotidie quantum proficeret,  
 quam facileq. omnia disceret, sed cum  
 ad Analytica praecepta ventum fuit,  
 stupebam: tanta ingenij celeritate sin-  
 gula nō solum percipiebat, verum etiā  
 praecipiebat: neq. necesse erat exem-  
 pla illi multa praeceptionum propone-  
 re. Vix vnum illi subijciebam, cum ipse  
 sexcēta ex Euclide, et alijs mathemati-  
 cis suggereret. Ita breui, et expedite Lo-  
 gicam discebat, vt quod vix in Gymna-  
 sijs intra dies decem paratur, ille vel v-  
 na tantum auditiuncula compararet.  
 Sed quid de logica tantum exemplum,  
 non de ceteris artibus profero? Noui a-  
 lios, qui perceptis probe mathematicis

C V R R I C V L O P H I L O S. II  
ac praesertim Arithmetica, et logistica  
ceteras artes facillime assequerantur,  
(quorum etiam alij latine nesciebant)  
iudiciumq. de quavis re proposita facie-  
bant certissimum, et ad quancumq. rem  
comprehendendam facillimi aditus ijs-  
dem patebant. Ita intuenti mihi in illos  
illud Platonis ex li. 7. de Rep. veniebat  
in mentem: qui natura facti sunt ad Lo-  
gisticam, eos acumine ingenij ad cetera  
percipienda excellere, eosq. qui tardius-  
culi ingenio essent, eius artis exercita-  
tione reddi acutiores. Alexander ve-  
ro Aphrodis. lib. i. Priorr. docet contra  
Stoicos quam magno vsui sit Geome-  
tria ad philosophiae perceptionē. Nā  
cum a Geometris ea, quae cum alijs cō-  
iuncta cohaerent, ita animi cogitatio-  
ne separentur, vt de singulis tanquam  
de natura quadam ab alijs discrepante  
disputent, vt de linea, de superficie, sic  
et philosophi illa initia rerum natura-  
lium materiam scilicet, et formā, quae  
copulata cohaerent, separatim scrutan-  
tur, et explicant. Sic et decem illa gene-



## DE RECTE CONFIC.

ra rerum prima, quorum nouem substā  
tiae accidunt, animi cogitatione ab illa  
auocant: neq. in naturalib. tātum, et ijs,  
quae sub sensum cadunt, conquiescūt,  
sed mathematicorum exemplo ad res  
etiam, quae sub intelligentiam cadunt  
progređiuntur, earumq. differentias,  
quin et mentium diuinarum numerum  
scrutari conantur. Eodemq. exemplo  
rerum vniuersarum perceptionē, quae  
in singulis artib. necessaria maxime  
est, nostrorumq. philosophorū animos  
valde conturbat, facillime, vt docet Ga-  
len. expediunt. Deinde praeter initia il-  
la certissima, quibus passim vtuntur,  
nihil sine demonstratione recipiunt:  
quos imitati philosophi nec fabulis,  
nec commentis fidem habent, sed ra-  
tiones necessarias, quantum patitur rei  
subiectae natura, magno studio con-  
quirunt. Genera item illa analogiarum,  
et symmetriarum, quae Arithmeti-  
ci, et Geometrae distincte notarunt,  
ad disputationes sibi propositas cum  
res postulat, apposite transferunt. Et  
quod

quod multis in locis obseruavi, in rerū  
 abstrusarum veritate inuestiganda, ma-  
 thematicorum vestigijs insistentes, di-  
 uinam illam methodum analysis adhi-  
 bēt. qua ita gradatim ad euidentissima  
 principia certo regrediuntur, vt inde  
 facillimum illis sit contraria methodo  
 compositionis, siue demonstrationis, ve-  
 rum inuenire. Discūt praetera mathe-  
 maticorum imitatione perpetuam se-  
 riem demonstrationum, qua apte aliae  
 ex alijs ducantur, contexere, et, quod  
 omnium maximum est, de hominum iu-  
 dicio parum, aut nihil, de veritate vero,  
 et rei natura multum laborare. Iam ve-  
 ro etiam si concedamus, quod nulla ra-  
 tione fieri posse videtur, non esse ma-  
 gno vsui cognitionē mathematicarum  
 parti Analyticae intelligendae, illud ta-  
 men necessario fatendum eam partem  
 Logicae, vt ab Arist. explicatur, vix sine  
 mathematicarum intelligentia percipi  
 posse: cum et ratio docendi, qua vtitur,  
 tota mathematica sit et litterarū vsus,  
 et vocabula ipsa, vt termini, interualla,



## DE RECTE CONFIC-

figurae, et pleraque exempla mathematica sint. Ex quo efficitur, ut multi ignorantia mathematicarum eam partem Logicæ saltuaticam, non continuata serie explanent. Cui culpae affinis non est noster Monllorius, qui cum mathematicarum certissimus, ut aliarum artium, et linguarum sit, luculenta paraphrasi, et scholijs libros de Syllogismo Arist. illustravit. Ita mathematicarum artium cognitio magno est ornamento ad partem Logicæ Analyticam recte intelligendam. Et quoniam altera pars Logicæ, quam Arist. Dialecticam, vulgo Topicam nominamus, illustratur historia, atque exemplis Poetarum, historicorum, atque oratorum, qui opinionem hominum potius, quam veritatem spectant, oportet quoque eos, qui in ea progressus magnos facere volunt, in hoc genere scriptorum esse aliquantulum versatos. Quod ita esse satis declarat Arist. cum lib. 3. Topicæ. repetit exempla illa heroica Nestoris, Aiæcis, et Vlyssis, lib. vero. 2. Rhet. cum eisdem poene locos

ex

ex Topicis repetitos proponat, subiicit tamen exempla multa poetarum, et oratorum: quin et Alex. in comm. Topicc. aliquando exempla adhibet ex Thucydide, et Demosthene deprompta. Neque vero ab hoc consilio longe abhorere videtur M. Tullius. cū Trebatium rogantem, vt Topica Arist. illum doceat, reijcit ad magnū quendam Rhetorem. Idem etiam M. Tullius. 2. de orat. eos ipsos locos exemplis oratorum, et Poetarum exornat. Atq. hanc vnam praeter ceteras causam esse suspicor, cur Topica negligentissime in scholis vulgo tractentur, et prope despiciatui ducantur: cum sint longe utilissima, ac vt libere, quod sentio, profitear, magnopere ad philosophiam, et reliquas artes cognoscendas necessaria. Dices? Iudicio Arist. Rhetoricam post logicam, & philosophiam moralem disci oportere: quia Aristoteli libro . i . Rhetoricorum scribit Rhetoricam quasi stolonem quendam ex logica, et Philosophia Morali pullulasse, est ita quidem, vt dicis, sic



DE RECTE CONFIC.

tamen ex vtraque profectam artē benedicendi affirmat, vt, quod illae exquisite persequuntur, Rhetorica, tantū typo et pingui Minerua complectatur: quod in multis disputationib. licet manifesto cernere: vt in definitionib. et diuisionibus beatitudinis, et eius partium, atq. virtutis, et eius formarum, et rerum publicarum, quarum dissimillimae sunt, quae in Ethicis, et Politicis leguntur: quin, et ipse Arist. lib. 1. Rhetoricc. conceptis verbis asserit definitiones eiusmodi, quae in Rhetoricis traduntur, nō esse accuratas. Idē quo loco utilitates, quae ex ea arte percipiuntur, commemorat, liquido scribit, non esse oratorum de iis rebus subtiliter disputare, sed eorum, qui philosophiam in Gymnasijs docent, et paulo post cauendum esse oratori, ne eiusmodi argumenta maxime propria philosophiae, aut aliarum artium vsurpet: ne dum illa consecutur, longius a suo instituto aberret, imprudensq. quam profiteretur artem, plane corrumpat. eodē lib. 1. Rhetoricc.

quo

quo loco docet, quae res cadunt in deliberationem, et qui cognoscendae sint, asseuerat disputationem eam politicae esse, quasi illa accurate de eis differat, Rhetorica vero populariter. nam quod ad logicam pertinet, cuius opera vtitur Rhetorica, idem est plane existimandum. Etenim si comparemus instrumenta, et locos cum dialecticos, tum sophisticos, quos lib. 2. Rhetoricæ. persequitur, cum Topicis, et Elenchis, magnam interuallum inter vtrumq. locum interiectum esse animaduertemus, ac multo subtilius eadem in logicis, quam in Rhetoricis explicata fuisse. confirmat etiam hanc sententiam idem Arist. li. 1. Rhetoricæ. cum absoluta disputatione de signis, et verisimilib. (qua materia videntur Enthymemata) inquit, illud satis esse, quod ad illum locum pertinet, seq. distinctius de illis in Analyticis, hoc est lib. 2. de Syllogismo differuisse. Quare si res ciuiles, et Logicae pingui tantum Minerua, non exquisita ratione tradendae a Rhetore, et exercendae ab oratore,



DE RECTE CONFIC.

ratore, non est necesse, vt ante Rhetor<sup>i</sup>  
 cam Logica, & Philosophia discantur.  
 obijciat illud quispiam Logicam ante  
 Rhetoricam discendam esse, cum fatea  
 tur Arist. l. i. se vsum fuisse artificio logi  
 cae ad artem Rhetoricae conficiendā,  
 cui respondebimus non valere argumē  
 tū: propterea quod isto pacto ante Grā  
 maticam discenda logica esset, cū neq.  
 Grammatica in artē reuocari sine me  
 thodis, quarum magistra logica est, po  
 tuerit. Illud porro hoc loco videndum  
 est, Poetica ne ante Rhetoricam tradē  
 da sit, an post illam cognoscenda. ac iu  
 dicio quidem Arist. videtur ante Rheto  
 ricam cognoscenda. Nam si Rhetorica  
 eodem auctore in Poeticis ad summū  
 Poeticae vsui esse potest ad sententiam  
 expoliendam, quae vna pars est ex illis  
 sex qualitatis Poeticae, illudque satis  
 praestari duce, et magistra tantum  
 natura posse videatur, vt idem scribit a  
 priscis Poetis factitatum fuisse, licet  
 perfectius adhibita arte Rhetorica idē  
 confici possit, perspicuū certe est Rhe  
 toricam

C V R R I C V L O P H I L O S. 15  
toricam non esse ante Poeticā necessa-  
rio cognoscendam. immo vero ex sen-  
tentia Arist. Poeticae intelligētiā postu-  
lat Rhetorica. Ita Arist. disputationē de  
ridiculis, quae Rhetori necessaria est,  
ex poeticis monet repeti oportere, ex  
lib. 2. scilicet, in quo de Comoedia, cuius  
propria ridicula sunt, ab eo disputatum  
fuisse, certo coniicimus. Quin et lib. 3.  
Rhetoricæ. cum de elocatione dispu-  
tat, postulat, ut rem antea notam quat-  
tuor esse metaphorarum formas. quem  
locum idem lib. 1. de Poetica accurate,  
et minutatim persequitur. sumit quoq.  
eodem lib. 3. pro certo, et explorato sy-  
nonyma nomina quae dicantur, quod  
lib. illo explicatum fuisse in Poeticis re-  
fert Simplic. in Commentt. Categg.  
et lib. 2. traditum fuisse credibile sit. fa-  
vor tamen faciliorem multo poeticā  
futuram fuisse illo saeculo, cum in singu-  
los annos Dionysijs, et Lenæis, hoc est  
ere multae tragoediae, Comoediae,  
Satyri, et aliae fabulae, atq. eadem lin-  
gua inspectante vniuerso populo doce-  
rentur



DE RECTE CONFIC.

rentur: in quo, si quid damni fit hac aetate, sciendum illud ut potest ab erudito doctore, mittendiq. auditores ad fabulas veterum legendas, et ad nostrates quoq. spectandas, atq. attente audiendas. Requiretur fortasse hoc loco, quo ordine artes ante Philosophiam, et quaenus discendae sint. quod ad ordinem quidem spectat, observavi discrepantes fuisse antiquorum sententias. Plato siquidem videtur lib. 7. de Legg. atq. in Epinomide existimasse, cum Grammatica, id est ratione illa legendi, & scribendi, ut tum loquebantur, mathematicas discendas. nec iniuria: in litteris namq. describendis lineae, circuli, quadrata, et aliae figurae Geometricae imitando exprimuntur. Quam rationem et Plato videtur in his discendis accepisse, cum initio eius dialogi, quem *Αἰτιαστικὸς*, id est *Riuales* cum Athenaeo, et Laertio in scriptis, commemorat in schola Dionysii Grammatici (quo magistro in Grammaticis Platonem vltum fuisse Laert. et Apuleius prodiderunt) reperisse se pueros,

pueros, quales, et circulos Oenopidae describerent. Oenopidem autem magni nominis Mathematicum fuisse praeter Diodorum Siculum, Plinium, Senecam, et alios scriptores, observat diligenter Probus lib. 1. comment. ad Elementa Euclidis. quam consuetudinem discendi a priscis quoque poetis notatam fuisse supra ex Quintiliano docuimus, eamque probabilem fuisse testimonio Arist. et multis argumentis demonstrauius. Sextus Pyrrhonius in illis libris eruditissimis aduersus mathematicos videtur alium ordinem innuere: ut post Grammaticam videlicet Rhetorica post hanc Mathematicae traderentur. ac de Rhetorica quidem quod proxime post Grammaticam doceretur, testes multi locupletissimi: ut Halicarnasus initio lib. *Ἐπί συνδέσεως τῶν ὀνομάτων*, et Petronius in Satyrice, eloquentiam, inquit, qua nihil maius esse confitentur, pueris induunt ad huc nascentibus. Quo loco conque- titur propellere sua aetate solere studia eloquentiae in seruum. Quod vitium uti-

nam



DE RECTE CONFIC.

nam in nostram aetatem non ita manasset, ut iustiori ex postulationi locus non esset. Testis praeterea huius consuetudinis Traquillus libb. de Grammaticis, et Rhetorib. illustrib. testatur idē Quintil. confertit huic iustituto Diomedes clarissimus Grammaticus, qui in exitu Grammaticae proponit exercitationem chriarum, et aliorū progymnasmatum, quasi ad Rhetoricā proxime discendam instruerentur, ut monuerat Quintil. faciendum esse. Hunc ordinē sequitur item D. Isidorus in libb. Etymologg. ante philosophiam certe Rhetorica a multis cognita. De Hippocrate quidem Coo legimus apud Soranum, auditorem eum primum Gorgiae Rhetoris fuisse, deinde se ad Democritum Philosophum cōtulisse. Antisthenes Socraticus item, ut ait Laertius, primum Gorgiam Rhetorem audiuit, deinde Socratem philosophū adiit. Aristoteles, ut obseruant, qui eius vitam litteris mandarunt, prius Rhetoricam quam philosophiam didicit. Sed, ut a  
 priscis

priscis illis ad aetatem imperatorū veniamus, ne exemplorum multitudine molestiam lectori exhibeamus. Papi-rius Fabianus, qui in Romanis philoso-phis principem locum tenuit, eloquen-tiae primum, deinde philosophiae ope-ram nauavit, vt liquet ex Seneca. Tauri item philosophi Platonici doctissimi aetate, qui paulo antiquior Alexandro Aphrodisiensi fuit, Rhetotica ante Philo-sophiā docebatur, vt cōstat ex A. Gell. lib. 10. Persius quoq; poeta, vt in eius vita legitur, prius Rhetoricam, quā phi-losophiam didicit. Sed quorsum ista si-gillatim conquirō, cum veterum mo-numenta eiusmodi exēplis referta sint. ad mathematicorum studium reuertamur. Ammonius in comment. Porphy-rii Isagoges ait Platonicos mathemati-cas praeposuisse Physiologiae. vt earū beneficio animus noster ad formas vni-uersas a reb. singulis auocandas erudi-retur, Peripateticos vero Physicae illas subiunxisse, vt earum familiari cōsuetu-dine tanquam scalis, aut ponte vsi, cele-



DE RECTE CONFIC.

rius mentium caelestium genera, et naturā, quae abstrusior est, percipere possemus. Laudat quoque locum Plotini inclyti philosophi Platonici, in quo monet, ut adolescenter erudiatur in mathematicis, ut naturam expertem corporis cognoscere assuescant. Platonici sane illi tantum videntur posse ea ratione impetrare mathematicas magno usus esse, quod omnes docti philosophi fatentur, ad expedite abstrahendas formas generales a rebus singulis, ac propterea ante Dialecticam potius, quam physicā docendas: quia Dialectica tota in notionibus eiusmodi conquirendis est occupata. Quam ob causam Plato Dialecticam illarum *ἑπτακώμ*, id est apicem, et extremum facit, aut, ut alij, sepem, in quibus et Clemens Alexandrinus interpretantur ne veritas a Sophistis conculcetur. Qua etiā notione post mathematicarum cognitionem munimur praesidio Dialecticae: ne a Sophistarum captionibus earum veritas, cum a nobis percepta fuerit, conturbetur. Nam quod

alij

alij Peripatetici, vt natura medias inter res superas, et inferas, sic, et ordine discendi medias mathematicas esse censuerunt, falluntur. Non enim si quid natura tale, continuo eo loco, quem natura tenet, discendum. Nam, et prima philosophia res natura primas, hoc est diuinas complectitur, neq. primo loco tamē vt veteres Peripatetici docent, discenda, cum difficillima sit. D. Thomas in Commentt. lib. 6. Nichomacc. post logicam Mathematicas discendas existimauit. Quod doceat rationem methodi qua illae confectae sint, sed ante philosophiā. Cui assentior, qua parte mathematicas ante philosophiam percipiendas esse vult, sed quatenus post Logicā, non possum eam sententiam probare: propterea quod a veterum more, et instituto discedit, tum etiam quoniam ratio, qua in eam sententiam adducitur, vt supra docuimus, cogit, vt ante Grammaticam quoq. logica docenda sit. In tanta igitur sententiarum varietate, tenemus hunc cursum medium, qui ratio-



DE RECTE CONFIC.

tioni congruens videtur, vt pueri vna  
 cum vtraq. Grammatica doceantur sen-  
 sim, et facili ratione mathematicas:  
 quod priscis placuisse videm<sup>9</sup>, possuntq.  
 pueri facile eas discere, earumq. fructū  
 percipere, vt ait Arist. lib. 6. Nicomm.  
 philosophiā vero difficile, eiusq. fructū  
 vix percipiunt, post Grammaticam, cū  
 qua poetica, nec sine Historiæ quidem  
 cognitione discenda, et Rhetorica illis  
 tradenda videtur non intermisso tamē  
 studio mathematicarum. Quod si quis  
 obijciat Arist. vna cū philosophia Rhe-  
 toricam pomeridianis horis docuisse,  
 is reuocet in memoriā, quod supra mo-  
 nuimus, ab Arist. illud aemulatione po-  
 tius Isocratis Rhetoris, vt M. Tullius, et  
 Quinctil. obseruarunt, quam quod ita  
 existimaret, fecisse: præsertim cum et  
 ipse Rhetoricam, vt docuimus, ante phi-  
 losophiam didicisset. Quod autem ex-  
 tremo loco quaerebatur, cognoscēdae  
 ne sint hæc artes perfecte ante philoso-  
 phiam, dicerem magno quidem vsui, si  
 id aliquando contingeret, futurum: sed

quo-

quoniam vix illud, et paucis in tanta imbecillitate, et occupationum varietate conceditur, sequendam censeo sententiam Crassi lib. 3. de orat. vt tantum discatur earum artium, quātū sat est. neq. enim postulandum ab eo, quem ad philosophiam instruimus, vt in mathematicis tantum proficiat, vt cum Euclide, aut Archimede de illis contendere audeat. Finis ille praestitutus sit, tantum earum artium discat, quantum satis ad Philosophiam percipiendam, quatenus earum opera adiuuari potest, esse videbitur. ac in mathematicis quidē Pythagoricorum decreta, quoad possit, adhibeat. Nam etsi in aliqua earū parte, vt in Musicis, alij post ab illis discesserint, vt Aristoxenus, et Ptolemaeus, Aristote liq. fortasse sententia Aristoxeni magis probaretur, tamen quia nondum nata erat, multo vero magis illa Ptolemaei, Arist. publicam potius opinionē, quae tum Pythagoricorum erat, sequeretur. nam de Rhetoricis, quamuis conemur alibi artē Hermogenis multo praestabi-



## DE RECTE CONFIC.

liorem esse docere. Quod, et oratorem expeditiorem ad dicendum, atq. acriorem reddat: tamen, quoniam Rhetoricam ad intelligētiam Philosophiae, ac praesertim Aristotelicae, requirimus, non est dubium, quin eiusdem Arist. libri sint futuri multo fructuosiores. Cōgruentius namq. eiusdem praeceptis, ac propterea meli<sup>9</sup> illius prooemia, epilogi, cohortationes, si quae interpositae, atque ratio styli, et elocutionis tota explicaretur, in qua multum ille positum esse praesidij censuit, lib. 3. Rhetoric. ad omnes artes docendas. Quare praeclare admodum ageretur cū gymnasijs, si auditores philosophiae studiosi, prius quam illam adirent, praeter Grāmaticam, et mathematicas, in Poeticis, et Rhetoricis Arist. exercerentur. Sed de auditorib. satis, nunc ad doctores veniamus.

Cap. 3. quae desiderentur in eo,  
*qui Philosophiam docere velit.*

Ac

**A** C Primum illud nemo dubitare potest, quin eadem, quae ab auditore flagitabamus, et multo cumulatiora et doctore postulanda sint: ut Grammaticae, Historiae, Poeticae, Rhetoricae, atq. Mathematicarum perceptio. Sunt tamē multo plura, quae in doctore perfecto requiruntur: quae, ut praecunte eodem Aristotele, ut in auditore fecimus, discamus, tria ille obseruat lib. 3. Politicorum in optimo cuiusvis artis doctore inesse oportere. primum ut paedia (sic enim Graece melius, quā latine appellari posse videtur) eius artis, quam proficitur, probe nouerit, deinde, ut eiusdem artis scientiam diligenter comparauerit, postremo, ut faber in ea sit, hoc est longa, et assidua exercitatione occalluerit. Paediae igitur duas species facit Arist. lib. 1. de Partt. animal. vnā generalem, alteram specialē: generalis nomine accipiunt prisca Peripatetici Logicam, atq. eius methodos in cōmune, specialis vero eandē logicā cū alicui



## DE RECTE CONFIC.

arti, aut rei subiectae proprie ea cōmo-  
datur. Qualis est illa, quā Ari. docet. ca.  
1. lib. 1. de Anima ad illam disputationē  
pertractandam, et illa item, quam lib. 1.  
de Partib. explicat ad libb. de animalibus  
intelligendos. porro hae duae par-  
tiae sunt necessariae: quia, vt scribit A-  
ri. li. 1. Nicōm. pro uaria natura rei subie-  
ctae quaeq. method<sup>o</sup> mutatur: quod etiā  
indicat eius discipulus Pasocrates in ex-  
tremo fragmento eius libri, qui vulgo  
secundus Metaphyss. inscribitur. Qua-  
re non solum oportet doctorem Philo-  
sophiae nosse Logicam in vniuersum,  
atq. singulas eius methodos, verum e-  
tiam qua ratione singulae cuiq. argumē-  
to accommodandae: vt remquamq. pro  
sua natura persequatur. alterum caput  
est, vt scientiam Philosophiae egregie  
sciat. Id vt assequatur, necesse est, vt sin-  
gulas eius conclusiones per demonstra-  
tionem cognoscat, et resolutionis me-  
thodo ad principia certa, et exquisitas  
definitiones singulas retexat: quod quia  
facile praestari non potest (difficile est  
namq.

namq. scire, vtrum quis sciat, an non, vt ait Arist. 1. Postert.) propterea opus est, vt disputationes quoq. Topicas accurate teneat, quib. Arist. aliorum philosophorum sententias refellit, aut in contrarias partes de re proposita disputat, vt certius de veritate, et natura rei statui possit. Tertium illud est, vt in vtraq. parte Philosophiae sit diligenter exercitatus pro cuiusq. natura, vt in contemplatiua expedite quid verum in quaque re sit, et quae causa illius cognoscat, in Practica vero parte illud praeterea adhibeat, quid publice, quidq. priuatim agendum sit, et propter quas causas. ex his capitib. elicatur vtilissima ratio docendae Philosophiae, si doctor quanq. harum partiũ monstret separatim auditorib. vt obseruet scilicet qui locus ad paediam, qui ad scientiã, quiq. ad exercitationem pertineat. vt cap. 1. lib. 1. Physic. pertinet ad solam paediam, cum in eo tantũ ratio reddatur ex Logicis, cur de principiis in physiologia prius, et qua methodo de illis differendum sit.



DE RECTE CONFIC.

hoc vidit acute Liuconiensis in com.  
Posteriorr. cum sermone quidem parū  
eleganti, sed vere obseruat, quolo loco di-  
sputatio solum Topica adhibeatur: vt  
” cum scribit hoc capitulum est de com-  
” plemento boniratis. quale est cap. 3. lib.  
” 1. de Demonst. ita cum locus ad scien-  
” tiam spectat, hoc capitulum, inquit, est  
” de substantia scientiae. Cuiusmodi est  
” cap. 2. lib. 1. de Demonst. Themistius ta-  
men multo ante id perspexerat, cum v-  
bi de sola disputatione Topica agitur,  
annotat, ibi nil praeter exercitationem  
solam technologiae contineri. haec ra-  
tio Proclum magnum philosophum in-  
duxit, vt ex lib. potissimū. 6. Physicc. et  
ex alijs Arist. colligeret illā stoechio sim-  
legantissimā de motu duob. libb. distin-  
ctam: quae ratio vnica est conficiendi  
compendia Arist. Theophrasti, Galeni  
atq. eiusmodi scriptorum: qui ratione,  
et via analytica artes docuerant. Hae ra-  
tione oporteret auditoribus omnes par-  
tes philosophiae a Doctōrib. tradi: quod  
olim Sauanorola praestare voluit in o-  
mnibus

in omnibus partibus philosophiae, nescio an sit affectus. nos certe in ea parte physiologiae, quae vulgo in scholis explicatur, illud aliquando elaborauimus non sine magno auditorum comodo. et quoniam Peripateticam tantum disciplinam vulgo philosophi in Gymnasijs docent, fuerunt autem plures sectae philosophorum nobiles, necesse esset doctorem singularum peritia praeditum esse: ut si quando ab Aristotelica dissentirent, sine studio partium comparatis momentis rationum cuiusque familiae, quod rectum esset, monstrarent, quod falsum, repudiarent. Philostratus in vitis Sophistarum, et Lucianus produnt Athenis singularum sectarum doctores fuisse, qui publice eas profiterentur, additque Lucianus oportere quemque doctorem nosse reliquarum sectas: ut cum ceterarum sententias a sua abhorrentes confutasset, suam certo assereret. Hoc ab Alexandro Aphrodisiensi optimo Arist. explanatore passim fieri videmus. Sic et Porphyrius Aristotelem interpretatus est.



DE RECTE CONFIC.

est, vt ceterarum familiarum decreta cū Peripateticis compararet: vt ex Simplicio, et Boethio percipi potest. Quaereret quispiam, cum temporū injuria perierint magna ex parte reliquorum philosophorum scripta, qui possit tanto malo remediū aliquod adhiberi. Pythagoricam, quae antiquior est ceteris clariorib. Graeciae suppeditaret Iamblicus libb. de Secta Pythagoricorum, & Simplicius, vt refertur, interpretēs, si quando hanc lucem aspicerent. Sed inter eadem id non contingit, vt emur illis, quae Scutellus ex Iamblichō interpolauit: quib. adiungemus ea, quae Laert. in eius vita collegit. Nam Academicae princeps Plato poene totus suppedit, multaque in illum commentarij Graeci manibus eruditorum circumferuntur, praeter illos Procli in Timaeū, et libb. de Re pub. et exilia nescio quae scholia Chalcidij ad Timaeum vulgata. vtinam aliquando ederentur commentarij Graeci in Platonem, et libri illi de Theologia Platonica. Procli, atque integra

Stoechoſis eiufdē Theol. Platon. quā  
vulgus ficto indice de cauſis falſo aſcri-  
pſit Ariſtoteli. iuuabit multo hanc par-  
tem magnus ille Plotinus, Platonicoꝝ  
facile princeps, qui iam Graece, et lati-  
ne prodiit. teruntur praeterea manib.  
eruditorum aliqua eiufdem Iamblichi,  
Procli item, Numenij, et aliorum Plato-  
nicorum, ſed miſere affecta. Habemus  
item Alcinoi epitomam dogmatū Pla-  
tonis Graece, et latine & eiufdē argu-  
menti libellum Apuleij, atq. illi ſupparē  
eiufdem de philoſophia: qui totam pro-  
pe Philoſophiam moralem Platonis ex  
uarijs eius dialogis deſcribit, et praefer-  
im ex libb. de Repub. & de Legg. Stoi-  
am diſciplinam qui noſſe cupit, adeat  
Epiſteti libellum aureolum cum ſcho-  
ijs Simplicij, ſed copioſiores commen-  
tarij Graeci Arriani. Cleomedes quoq.  
in Meteoris magno erit praefidio ad  
phyſiologiae illorum decreta cogno-  
ſcenda, vt Epiſtetus ad Moralia. Seneca  
tamen philoſophus vtrumq. copioſius  
traſtiterit. Epitomae autem loco erūt  
illa



DE RECTE CONFIC.

illa, quae Laert. coaceruauit in Zenone. Epicureae pauciores scriptores superstites. potest tamen fere tota ex Epicuro Laertij cognosci, quia Laert. in ea diligentior, quam in ceteris fuit, totumq. librū vnum decimū in ea cōsumpsit. Sed partem naturalem eius disciplinae debemus Lucretio, qui eam elegātissime versibus. vt Empedocles Pythagoricam, descripsit. in maximo igitur ad eam rem vsui erit Lucretij cum Laertio comparatio: in qua illud preaterea lucri fiet, vt Laert. suae integritati magis restituatur quod audio ab Isaacio nescio quo elaboratum, in quem nondum incidi. Lucretium certe emendatissimum legimus opera Gifanij. Pyrrhoniam sectam descripsit eruditissime, et copiosissime Sex. Pyrrhonius libris, quos aduersus Mathematicos inscripsit, et illis Hypotyposeon: quos latinitate donatos ab Herueto accepimus, et ab Henrico Stephano correctos, et notis illustratos diligentissime: cui vtinam aliquādo debeamus Aristoclis Messenij libros de

H isto

Historia philosophica : quorū opera se  
 in multis adiutum ad Sexti scripta emē  
 danda ingenue fatetur Henricus. cete  
 ras sectas philosophorum, aut non ma  
 gni interest minutatim nosse, aut si quid  
 interest, possunt magnā partē ex Laer  
 tio, et Plutarcho de Decretis philoso  
 phorum, et Galeni, aut quicumq. fuit Hi  
 storia philosophica colligi : quanquam  
 hi duo posteriores satis deprauati: pos  
 sunt tamen multis locis restitui ex con  
 tentione vtriusq. sed melius praesidio  
 MM. SS. CC. Stobaei Eclogae, ad eā  
 quoq. rem vtilissimae, multa tamē emen  
 datores prodijissent, auctiores saltim, si  
 Canterus nactus fuisset earum exēplar,  
 quale nos vidimus apud Anton. Augu  
 stinum Archiepisc. Tarracon. virum cu  
 ius nomen nulla vetustas obruet. Orna  
 te hanc quoq. studiorū partem possunt  
 multū scripta Ciceronis, Plutarchi, Ga  
 leni, atq. explanatorū Platonis, et Arist.  
 Athenaei, Apuleij, A. Gellij, Macrobij,  
 Porphyrii, et praesertim in lib. de Absti  
 nentia animatorū, atq. in Cōment. Har  
 monio.



DE RECTE CONFIC.

monitorū Ptolemei. locupletissimi quo  
 q. in hoc genere patres christiani Grae  
 ci, & Latini in ijs, quae cōtra gentes scri  
 ptis mandarunt. Possunt et alij non pa  
 rum conferre ad hoc institutū: vt Stra  
 bo Geographus, qui professione fuit  
 Stoicus, et Achilles Stathius in illis,  
 quae ad Aratum scripsit, Quintilian<sup>9</sup>,  
 Fortunatianus, et alij, quos longum es  
 set recensere. et quoniam multum re  
 fert in philosophia, vt in ceteris artibus  
 nosse, vnde quisq. sua mutuatus sit, atq.  
 vetustiores auctoritate plus valent, op<sup>9</sup>  
 erit quoque doctōri notā esse Chrono  
 logiam philosophorum historiae, siue  
 ex Laert. siue ex Eunapio, siue ex histo  
 ricis, aut aliunde illam didicerit. Philo  
 sophia quidem de hominum auctorita  
 te parum sollicita est: in vnam veritatē  
 atq. rationes necessarias, quib. confir  
 matur, tota incumbit: infirmitas tamen  
 et imbecillitas nostra, atq. prisca illius  
 antiquitatis mirifica in edendis libris  
 diligentia cogit: vt eorum auctoritati  
 multum tribuamus: *αἰσχρονομία* praer  
 eerea,

terea, id est temporū perturbatio, quae  
 in omni genere studiorum semper tur-  
 pissima habita est, a nobis impetrare de-  
 bet, vt qua aetate quisque floruerit, stu-  
 diose conquiramus. Quo studio illud  
 plerunque assequimur, vt quos habem⁹  
 in manibus libros, certius emēdare pos-  
 simus, vt illud omittam, quantū cuique  
 debeamus, hac ratione liquere, ita vt au-  
 ctori iustiores gratiae, ei vero qui exscri-  
 psit, minus debitae referantur. huius ob-  
 seruationis negligētia excitata sunt il-  
 la mōstra errorum in litteris: Arist. hoc  
 loco Epicurum refellit, cū vix ex ephe-  
 bis excessisset Epicurus, quo anno mor-  
 tuus Arist. et alterum huic gemellū hoc  
 desumpsit Galen. ex Porphyrio, qui cē-  
 tum prope annis post Galen. in hanc lu-  
 cē susceptus fuit. Ammonius, et Simpli-  
 cius illud superiorib. adiūgūt oportere,  
 eum, qui sit philosophiam Arist. expla-  
 naturus, omnia eius scripta attente per-  
 uolutasse, assidueq. in eis versatum esse  
 admonitio sane aequissima. Loci siqui-  
 dem alij alijs praelucent plerunque:



DE RECTE CONFIC.  
vt libellus de Zenone, Xenophane, &  
Gorgia emendatior dumtaxat multis  
locis physiologiae, atq. primae philoso-  
phiae lucem afferet, vt Nicomachijs, Eu-  
demiorum libri, & magnorum moraliũ  
eiusdem, & Topicis, atq. Elenchis eius-  
dem libri Rhetoricæ. Poeticæ. itẽ aliquã-  
do. Quartus autem liber ille Meteorolo-  
gicæ. sine cuius disputationis intelligẽ-  
tia vix vllus se physiologum iure profi-  
teatur, vti illustrari potest libb. de partib.  
animaliũ, atq. alijs quib. causae eorum,  
quae conueniunt animalib. aut plantis  
explicantur. Certe qui hoc observaue-  
rit in eius libri explanatione, adiunxe-  
ritq. eodem exemplo, quae ad metalli-  
ca, fossilia, & artem medicam, quin &  
ad fabriles, & sellularias spectant, is in  
eo genere regnare videbitur. Catego-  
riarum libri, vt exornat Simplidum  
multos locos primae philosophiae cũ  
illis comparat: Adrastus vero Peripate-  
ticus egregius quot locos Topice. cum  
illis contulisset: proptet quos illi fortas-  
se editae videbantur, cum eas anteto-  
pica

pica in scribendas censuisset. enim vere nullus est liber, qui pluribus locis videatur libri Categoriarum intelligentiam postulare: quos qui excusserit sigillatim, & singula minutatim cū categoriarum libro comparauerit, nae is fructum maximum perceperit. neq. vero eorum tantum, quae extant, sed eorum etiam scriptorum, quae perierunt, oportet peritum esse, atq. etiam librorū, quos Arist. discipuli ediderant, & eorum successores: praesertim in quib. a priorib. desciverunt: qua causa impulsus Alexander in librum *Ἐπι ἐπιανετίας* commentarios divulgauerat, vt prodidit Boethius. quid? quod posteri aliqua addiderunt superioribus. quam multi loci lib. *Ἐπι ἐπιανετίας* aptius enuclearentur, facta cōtentione cū fragmentis libb. Theophrasti de Affirmatione, & negatione, atq. Eudemi de locutione: qui libri erant eiusdem argumenti. quanta lux accedit lib. 1. Analyticorum ex comparatione, quam passim in illorum explanatione adhibet Alexander Analyticorū Theophrasti.



DE RECTE CONFIC.

phraſti, & Eudemi: quantam idem prætulit libb. Topicc. ac præſertim primo adductis in contentionē Topicis Theophraſti. Simplicius vero in expoſitione illa Phyſicorū doctiſſima omnes libb. Phyſicorum Eudemi videtur effuſiſſe, aliqua item Stratonis, qui Theophraſto in ſchola ſucceſſerat: quāuis in multis ab illis degenerauerat. Scripſerat quoq. Theophraſtus libb. de Cælo, quorum meminit Proclus in commēt. Timæi Platonici. & lib. de elementorum proprietate, quem laudat Simplicius, quo mirifice explicarentur libb. de ortu Ariſt. quanquam habemus fragmentum erudiſſimum Alexandri de mixtione, quo multae tenebrae illorū poſſunt depelli. ſcripſerat quoq. Theophraſtus libros Meteoroll. quos citat Plutarco. libellus vero Ariſt. de Nilo mirum quantum iuuat libb. Meteorologicc. eiusdem, diſputationem autem de ventis libellus eiusdem argumenti Theoph. & Sectio Problem. gemina eiusdem Ariſt. tertio porro libro extremo multū pro

proderit liber de Lapidib. Theophrasti  
 de Animalib. multa quoq. Theophrast.  
 diuulgauerat, sed plura, vt videtur, Eu-  
 demus, quae multis in locis proferun-  
 tur a Galeno, Polluce, Apuleio, et Rufo  
 Ephesio, & alijs. disputationē de phan-  
 tasia, & sensu planiorem reddet para-  
 phrasis Prisciani Lydi, quam habe-  
 mus, ad fragmentum Theophra-  
 sti de eadem materia. ad librum de sen-  
 su perpoliendum habemus fragmentū  
 Arist. elegantissimum de ijs, quae ca-  
 dunt sub auditum, & librum Theoph.  
 de sensu. disputationi de longitudine,  
 & breuitate vitae quantum praesidij ac-  
 tulerit similis disputatio Theophrast.  
 in libris de causis plantarum! nam libb.  
 de Plantis, qui nomine Arist. circumfe-  
 runtur, indigni, in quib. studij aliquid  
 ponatur, neq. Arist. auctorem possunt  
 vere profiteri. Theophrasti tamē libb.  
 de plantis multum luminis accepissent  
 ex libb. de plantis eius condiscipuli, &  
 popularis Phaniae: quorum frequentis-  
 sima apud Plin & Athenaeum mentio.



DE RECTE CONFIC.

libris de Sapiencia Arist. quanto vsui e-  
rit fragmentum illud praeclarū Theo-  
phraſti, quod extat, vt omittam alterū  
illud Paſicratis, & anacephalaeoſim il-  
lam, quae in lib. vndecimum vulgo con-  
iecta eſt. libb. Ethicorum, & Politicorū  
facem praeferent dubitationes mora-  
les Alexandri. Nam Theophrasti fra-  
gmenta pauca admodum illius argu-  
menti reperiuntur, neq. vero ex discipu-  
lis tantum Arist. & eorum ſucceſſorib.  
ſed etiam ex alijs poſſunt multum iu-  
uari Ariſtotelica: vt diſputatio de va-  
cuo ex Heronis Mechanicis, libb. de cę-  
lo ex Achille Stathio, Cleomede, Pro-  
lemaeo, Procli hypothypoſi Aſtrono-  
mica, Meteora ex quaęſtionib. Senecae,  
& Plinio. ex quo & libb. de Animalib. &  
Plantis illuminari poſſunt. Ac ſunt alij  
multi, qui operam ſuam poſſunt his ac  
commodare: quos ſi perſequerer ſigil-  
latim, Bibliotheca integra eſſet expli-  
canda. Illud praeterea ſilentio inuolui  
non poteſt, quod Simplicius poſtulat a  
doctore philoſophiae Ariſtotelicae, vt  
mores

mores scilicet Aris. in docendo probe teneat. quales illi sunt: vt prius aliorum sententias refellat, quam suam aperiat vt phaenomena primum, & historiã describat, quam causas eorũ reddat, quã partem extremam proposuit, eam primo persequatur, vt multas aliquando proponat dubitationes, easque simul vna solutione ad exitum adducat, vt ab euidencia, atq. sensu communi nunquã discedat, vt in reb. certis, & exploratis, quod supra monuimus, vocabula, quibus haesitare videtur, adhibeat, vt primũ proponat, id, de quo acturus (vt obseruat eius discipulus Aristoxenus) & alia eius instituta, quae eius interpretes solent animaduertere. Necessesse quoq. est doctorem philosophiae Aristotelicae non esse ignarum consuetudinis explanatorum veterum Arist. Jac in primis eorum, qui ceteris antistant, vt Alexandri Aphrodisiensis. qui vnus norma esse debet interpretum Arist. Is igitur quoties Arist. Platonis sententiam in seclatur, addit plura argumenta ad eã



DE RECTE CONFIC.

infirmam, neq. Platonem, vt Simpli-  
 cius, & alij tuetur, aut Aristoteli con-  
 ciliat. idem ceterorum philosophorum  
 sectas, cum casus illud fert, labefactat,  
 vt Stoicorū, quos recentiores vocat,  
 vt Apuleius Peripateticos Stoicorum  
 aspectu, veteres in lib. perihermenias.  
 illud vero ad extremum non solum po-  
 stuiandum, sed etiam flagitandum, ab eo  
 qui Arist. philosophiam explanandam  
 suscepit, ne linguae Graecae rudis  
 sit, sed eam plane calleat. Fit enim ple-  
 runque, vt eius ignorantia in multis la-  
 bamur, & praesertim in veriloquijs, id  
 est etymologijs, vt ait D. Thomas lib. 1.  
 de Cael. lect. 11. cuius haec sunt verba a  
 „ studiosis Arist. obseruanda: quia verilo-  
 „ quium suam habet vim ex verbis eius-  
 „ dem linguae, non est mirum, si huius in-  
 „ alium sermonem facta migratione, nul-  
 „ la reluceat species: maxime cum nullū  
 „ apposite possit respondere. Hinc saepe  
 „ a veriloquio videtur ratio plane inepta  
 „ & paulo post in talib. sane requirendū  
 „ est archetypus, in quo & clarus, & ger-  
 manus

manus mōstratur intellectus. Viuacior enim est vox, quae neq. qualitatem, neque substantiam mutabit, ea quae colores omnes, & dignitatem simul vti mortua perdidit. Vt ergo teneas apertam deductionem vide Arist. contextū ad hunc fere modum, τὸ αἴδιον ἀπο' τῆς &c. Haec D. Thom. sed praeter veriloquia quam multa Graece melius, quā latine dicuntur, quam multa ab interpretibus ex Arist. atq. eius explanatoribus perperam conuersa, aut, vt verius dicam, deprauata: vnus Themistius argumento esse poterit: qui licet ab eruditissimo Hermolao conuersus, libertate tamen interpretandi, & studio linguae elegantioris, ita multis locis corruptus, vt si cum Graeco eum conferas, longe alius videatur. Satius esset, vt eius translatio vetus, quam audio apud Carpetanos alicubi abditam asseruari, aliquando ederetur. Haecenus, quae in doctore philosophiae desideranda.



Cap. 4. quot, & quae docenda, ut  
*decurfus spatij philosophiae cumu-  
 late perficiatur.*



**A**C Praeter Logicam, quidē,  
 quaenecessario, ut instrumē-  
 tum, ante philosophiam tra-  
 di debet, docēdae sunt duae  
 illae partes philosophiae contemplan-  
 uas cilicet, & practica: quas Aristot. &  
 Theophrast. ut quis perfectus philoso-  
 phus esse posset, requirebant, ut docet  
 Plutarc. lib. 1. de Decretis philoso-  
 rū. Contemplatiua autem ab Arist. lib.  
 7. & 11. de Sapientia, ut vulgo eos libros  
 partiuntur, diuiditur in primam tantū,  
 & secundam. Primam vocat Sapientiā,  
 et Theologiam, secundam vero Physio-  
 logiam. nam mathematicas non nume-  
 rat in partibus Philosophiae; ut cōstat  
 ex ea comparatione partium Philoso-  
 phiae, & mathematicarum, quam afferit  
 lib. 4. de Sapientia, tum etiam ex illo  
 loco lib. 12. de Sapientia, in quo tra-  
 dit Astronomiam ex mathematicis

pro-

propius accedere ad philosophiã: quia sola ex illis circa substantiam versatur. quin & Alexand. Aphrodis. in com. l. i. Prior. philosophiam contemplatiuam definit scientiam diuinorum, & eorum quae natura sunt, et constant. Vbi nulla mathematicarum mētio. Cicero itē, Seneca, Galen. & alij in eadem sententia sunt. at Arist. li. 6. de Sapientia tres facit partes philosophiae contemplatiuae Physicam, mathematicam, & primã philosophiam. facit quidē, sed Alexãd. ibi per metalepsim disciplinam pro philosophia reponit, quasi velit significare non esse illas tres partes philosophiae contemplatiuae, sed tres formas earum scientiarum, quae in rerum contemplatione versantur. nam ceterae artes praeter instrumenta, siue partes philosophiae sint, siue non sint, aut in contemplatione, vt Physica, aut in actione, vt Politica, aut in effectione, vt Architectura cernuntur. Ptolemaeus tamen, Ammon. et alij, quorum non est tantum in Philosophia nomen, mathematicas



## DE RECTE CONFIC.

ticas in partib. Philosophiae contem-  
platiuae recenseant: vt vt tamen hoc sit  
imperfectum Philosophiae spatium de-  
currunt, qui libb. de Sapiencia audito-  
rib. non interpretantur. Porro. cum ad  
studia Theologiae Scholasticae tráseūt  
auditores, sentiunt quantum detrimē-  
tum illis importet huius partis ignora-  
tio: cuius aut nihil, aut per exiguum co-  
gnitum afferunt. neq. vero minor detri-  
mento sibi esse experiuntur studiosi  
Theologiae ignoratiōē philosophiae  
practicae, siue moralis, cum vix in de-  
cursu philosophiae eam primotib. la-  
bris attigerint. tota igitur philosophia  
moralis et Ethica, et Politica illis prae-  
legenda esset. Quod si in neutra parte  
philosophiae aliquid praetermittēdū,  
multo minus in logica, quae nos suis  
methodis ad vtramq. philosophiam mu-  
nit. in qua parte primū Anton. Bernard.  
Mirandulanus Categorias omittendas  
esse censuit: qui error a multis iam con-  
futatus: & vere. etenim Adrastus vetu-  
stissimus Arist. interpret, non illas An-

te Topica, idest prooemium Topicorū  
 fecisset, nisi partem Logicae esse existi-  
 masset. Alexand. quoq. Aphrodis. eas vt  
 partem Logicae explanauit, adductus  
 ea ratione, quam Simplicius profert.  
 Galen. item in extremo lib. 1. Method.  
 Therapeuticae eum librum principiū  
 Logicae appellat: quod & Simplic. ini-  
 tio suorum Comm. vsurpauit. Sed quid  
 ego hos appello? ipse Arist. cum do-  
 cet tertia sect. lib. 1. de Syllogismo, qui-  
 propositiones, vt in contextum ratio-  
 nationis venire possint, in obliquos ca-  
 sus ex rectis commutandae sint, reijcit  
 nos ad Categorias, vbi ait id a se expli-  
 catum. quod in prima philosophia nus-  
 quam docuit. ac lib. 1. de Demonstrat.  
 praecipit, vt attributa in propositionib.  
 secundum naturā dicantur, quod qui  
 fiat, non alibi, quam in Categorijs doce-  
 mur. lib. vero. 1. Topice. disertim postu-  
 lat Categorias multis in locis, ac reli-  
 quis etiam libb. Topice. Quis igitur au-  
 debit pronunciare ante Logicam do-  
 cendam esse primam Philosophiā? quae  
 pars



DE RECTE CONFIC,

pars philosophiae omnium difficillima  
est? & hoc fateri cogetur Miradulanus  
cum Categorias in partib. primae phi-  
losophiae, nō logicae cēset. Quod ū in  
primaphilosophia de illis agitur, agitur  
quidē, vt res significatae sunt, nō quate-  
nus voces, quae res ipsas significant. at-  
qui Arist. in Categor. conceptis verbis  
proponit illas tanquam voces cum in-  
quit Vnum quodq. eorum, quae secun-  
dum nullam complexionem dicuntur,  
aut significat substantiam &c. Quis  
autem aequo animo ferat libb. de Syllo-  
gismo in scholis magna ex parte non  
explanari? lib. i. ommittitur vulgo pars  
illa longe vtilissima de mixtione syllo-  
gismorum, in qua tantum posuit studij  
Alexā. Aphrodis. vt non contentus cō-  
mentarijs, quos ad eum locum locuple-  
tissimos ediderat, separatim librum de  
eo argumento composuerit. Quam au-  
tem necessaria ea pars medicis ad dispu-  
tationes de signis, de crisi, et criticis, de  
diuinatione, atq. ad ipsam curationem,  
cum illae fere totae nitantur coniectu-

ris, id est propositionibus eorum quae cō-  
tingunt, & mixtis alijs necessarijs, qua-  
les ars ipsa suppeditat, aut absolutis, &  
sine modo saepe ratiocinationes com-  
plectantur, incerti quid concludēdum  
sit, nisi hanc artem teneant. idem passim  
accidit Astronomis in vsu partis Apo-  
telesmaticae, quae proprium nomen  
Astrologiae apud plerosq. veteres inue-  
nit. ex quo fit, vt plerunq. aberrent, et in  
sermone vulgi incidant. Secunda ve-  
ro illa sectio de copia propositionū quā  
fructuosa. Lipsius sane, atq. eius grega-  
les, quaticunq. sunt, qui certe in omni  
genere litterarum humaniorum poli-  
tissimi sunt, non alia ratione foetus il-  
los vberrimos, et elegantissimos tot li-  
brorum extulisse videntur. etenim dum  
magno studio colligunt ex varijs scri-  
ptoribus. ijsq. elegantissimis tot antece-  
dentia, consequētia, & repugnantia cu-  
iusq. argumenti, perficiunt, vt vna cum  
magna optimorum sensuum varietate,  
maximas quoq. opes sermonis polio-  
is exprimant: vt iam nemini mirum vi-  
deri



DE RECTE CONFIC.

deri debeat, qui Arist. suos omnes discipulos redderet, vt ait Strabo, eloquentissimos. nam cum nulli labori parcerent in hypomnematis hac ratione coaceruandis, adiuti praeterea alijs instrumentis, & locis Topicis, illud assequabantur, vt in argumento quod perpoliendum suscipiebant, mirifice abundarent: vt Theophr. in plantarum disputatione, & Aristoxenus in Musicis. Sed quid hos consector, ex his primum fontibus. flumen illud aureum Eloquentiae Arist. manauit, quibus ille vniuersam Philosophiam, atque eius comites irrigauit, excoluit, atque ad tēpestiuam, & vberissimam maturitatem perduxit. Sed cum in his commoror? quae sunt copiose a nobis in lib. de vsu logicae disputata. Quare ne patiamur nostros auditores hoc studiorum fructu maximo priuari, ac nec illo quoque reliquae partis Priorū Analyticorum, qua omnia omnium scriptorum argumenta sic penduntur, vt ad aequam rationis mensuram non ac dilicio edicto, sed potentiori demōstratio

tionis scilicet reuocentur. Nam quid ego dicam de altera parte Logicae, quã Topicam nominamus, cum ea ita negliger in scholis tractetur, vt nec vola eius, neq. vestigiũ, vt dicitur, appareat? quod fit non sine magno auditorum detrimento. Etenim sũ Arist. disputationes de principijs, quae omnium difficilissimae sunt, methodo Topica explicat, atq. ceteras quaestiones philosophicas, qui fieri potest, vt omnino absq. ea methodo illae intelligantur. Sed periculũ in vno loco faciamus: nam in scholijs ad vitam Arist. alia subiecimus. Disputat Arist. cap. de Substantia contra Platonicos, vt ait Pletho, species substantiarũ magis esse substãtias, quã genera: quod fulcit hac ratione, quia species sunt propinquiores primis substantijs: quae ratio nititur illa maxima propositione lib. 3. Topice. quod est propinquius simpliciter tali id est magis tale: quae locum reddit illustriorem, & Aristotelem sua ipsius methodo interpretatur. Priuant quoq. suos auditores ma-



DE RECTE CONFIC.

ximofructu eruditionis, qui eos Topica  
 nō docēt, neq. in illis exercēt. Illa enim  
 exercitatione, vt scribit M. Tulli<sup>9</sup> redde-  
 bat Ari. suos discipulos eloquētissimos,  
 aut certe instructissimos ad disputādū  
 de quauis re proposita in partes contra-  
 rias. Propter hāc facultatē appellat M.  
 Tullius Arist. flumē aureū eloquētiaē,  
 atq. idē faterur ingenuē se magnā par-  
 tem suae inuētionis Rhetoricae ex To-  
 picis Arist. corrogasse. Ob quam etiam  
 causam mirandum iterum nō est, quod  
 Strabo refert li. 13. Geograph. Ari. suos  
 omnes discipulos eloquentissimos red-  
 didisse. Illud mirandum potius, cur hac  
 aetate, cum vulgo omnium poene phi-  
 losophorum studia, vt alias artes omit-  
 tam, ad quaestiones disputandas magis  
 propendeant, quam ad contextum ora-  
 tionis Aristotelicae, aut alterius scripto-  
 ris explanandum, illaeq. non alia ratio-  
 ne, quam Topica disputentur, quamuis  
 Analytica earum pars vera constitua-  
 tur, cur illam partem, qua illa facultas  
 comparatur, despiciatui ducāt. At enim  
 sus.

C V R R I C V L O P H I L O S. 34  
successores Arist. & Theophr. ducētos  
annos, vt prodit Strabo, suos auditores  
in quaestionib. tantum vltro, citroq. ia-  
tandis exercuerūt. est ita, vt dicitis: nō  
illud tamen profitebātur, quod eam ra-  
tionem docendi optimam esse arbitra-  
rentur, sed quia libri Acroamatici Arist.  
& Theophrast. illo saeculo sepulti Athe-  
nis iacuerant vsque ad tempora L. Syl-  
lae Victoris, vt idem Strabo, & Plutare.  
produnt. cū libris illis carerēt, in quib.  
vire, & ex animi sentētia Ari. & Teoph.  
quid de quaque re sentirēt, exposuerāt,  
egebantur more, et instituto librorū  
exoterieorum theses solas in cōtrarias  
tantum partes disputare. at hoc saecu-  
lo cum benignitate Dei op. max. suppe-  
tant nobis omnia fere scripta Arist. &  
Theop. quae decursui philosophiae per-  
ficiendo necessaria sunt, nescio quo fa-  
cto haec pestis in omnia fere gymnasia  
grassatur, vt Arist. & Theoph. qui in-  
star oraculorum illis esse debebant, nū-  
quam adeant, semper altercentur, digla-  
diandi. nullum finē faciant. Sed a Lo-



DE RECTE CONFIC.

gicis ad philosophiam naturalem transeamus. huius cum sex partes fecerit Arist. initio Meteoroll. tres tantum priores vulgo traduntur in Gymnasijs, ex reliquis trib. Meteoroll. scilicet, de animalibus & plantis, libb. fere tantum de animalibus explanantur non sine magno auditorum incommodo. ex quo fit, ut qui ad medicos e philosophis migrant, iactitent impudentissime, se plus intra annum curriculum medicinae, quam toto decursu philosophiae didicisse. quae macula non insedisset philosophiae, si omnibus suis partibus perfecta, & absoluta doceretur. hinc etiam manavit iam illa consuetudo in scholas, ut qui perfecti philosophi euadere volunt, partem naturalem, ut illi loquuntur, medicinae a magistris eius artis discant. Tota item prima philosophia Arist. quod fieri in scholis non video, cognoscenda esset ab ijs, qui se philosophos Peripateticos profiterentur, detracto tantum libello Pasigrafis, & illa anacephalaeosi li. ii. licet utriusque sui esse possit ad cetera rectius intelligenda.

a. Ita non eriperetur tantum operae  
 doctoribus Theologiae, quos ego ali-  
 quando audiui Metaphysicam, ut vul-  
 go loquuntur, suis auditoribus de superio-  
 ri loco explicantes: quod videret eos i-  
 gnaros sapientiae philosophicae ad se ve-  
 nire, sine qua vix potest Theologia Scho-  
 lastica perfecte percipi. In philosophia  
 ad extremum morali utraque pars Ethi-  
 ca nempe, & Politica addiscenda. Nam  
 Oeconomica pars est Politicae, ut idem  
 Arist. docet, atq. Laert. in eius vita, & A-  
 natolius in fragmentis quibusdam ma-  
 thematicis. & quoniam pars Politica  
 Arist. mutila ad nos peruenit, explanan-  
 da est ab optimo doctore philosophiae  
 pars illa, aut opera Cyriaci Stroxae, qui  
 ex Platone, & alijs illam sarcit, aut aliter  
 certius ex locis eiusdem Arist. cognita  
 prius tamen diligenter tota eius partis  
 historia, atq. methodo Aristotelica. Di-  
 sces eodem modo in physiologia Arist.  
 aliquot disputationes desiderari: ut illam  
 de animi perturbationibus, quam idem  
 Arist. innuit, in lib. de sensu, & illam de A-



DE RECTE CONFIC.

Simōto, quam idem saepe in libb. de A-  
 nimalib. pollicetur se explicaturū, atq.  
 illam de Sanitate, & morbo, cuius initium  
 tantum extat, ac tādē illam nobilem  
 de metallis, & fossilib. de quib. Arist. &  
 Theophr. multa scripsisse accepimus.  
 disputatio de animi perturbationib. sup-  
 pleri posse videtur ex li. 2. Rhetoric. e-  
 iusdem, & ex quarta Tuscul. Ciceronis  
 atq. libello Andronici cuiusdam de eo  
 argumento (nam Peripateticum eū fuisse  
 se nunquam asseuerabo) atq. ex Seneca  
 & Galeno, Laertijq. Zenone, ea tamen  
 conditione, vt nihil Stoicum admiscea-  
 tur, sed mera Peripatetica doctrinae  
 quae poterit cumulate praestari, si quis  
 eam methodum adhibuerit praeter ce-  
 teras Logicas, quam Arist. lib. 1. de Ani-  
 ma ad perturbationes animi definien-  
 das demonstrat. Disputationem de Ali-  
 mento, qui volet explere praeter illa,  
 quae ex varijs locis Arist. et Alexandri  
 colligi possunt, poterit vti opera medi-  
 corum, dum meminerit, se philosophū  
 esse, non medicum. quod ad librum de  
 Sani-

Sanitate, & morbo facienda spectat, proderit multum observasse ea, quae Theophr. lib. de causis in plantis de eo argumento differuit, si ea ad animalia quoq. referat. sed multo magis proderunt scripta veterum medicorum, & hippocratrorum Graecorum, & Latinorum si fines philosophiae non transierit. restat disputatio latissime patens de fossilibus, & metallis: in qua duo spectanda videntur historia primum illorum, deinde causae. & quoniam Arist. duo eorum genera facit fossilia nempe, & metallica, historiam fossilium ornabit plurimum libellus de Lapidibus Theophr. & Plin. historia naturalis, atq. Agricola, & alij, reliquam vero iisdem excepto Theophr. cuius, ut, & Arist. nihil extat de eo argumento. causas vero utrorumq. satis copiose eliceret, is qui extremum lib. tertium Meteoroll. & quartum attente excuteret. at enim cum cetera qui possint in integrum restitui docueris, quid de methodis afferes, quae disputatio videtur in Logicis praetermissa, & a multis



DE RECTE CONFIC.

magno studio desideratur : perierunt  
 praeterea octo illi libri Methodicorū,  
 qui citantur ab eodem Arist. in Rhetor  
 icis, & a Simplic. in cōmen. Caregg. a  
 Laertio, & alijs. ac ut de libb. primum  
 methodicis disputem, dolendum quidē  
 est, illos perijsse, est tamen consolabilis  
 ille dolor: propterea quod erant illi li  
 bri hypomnematici, ut docet idem Sim  
 plic. quorum auctoritate non potuisse  
 mus uti ad sententiam Arist. stabilien  
 dam: quanquam docebant, ut posset pa  
 rari copia propositionum ad omnes  
 quaestiones disputandas. Sed cum ex  
 Topicis ea ratio, ut idem ait, possit abū  
 de comparari, non video, cur tantum de  
 siderium nos methodicorum Arist. te  
 neat. urgebis iterum, ut haec ita sint, in  
 Logicis de methodis nil doceri. immo  
 omnis disputatio de methodis in Logi  
 cis Arist. est absoluta. etenim si metho  
 dus, ut definit Alexan. apud Simplic. li.  
 1. Physic. est habitus cum ratione rei si  
 bi subiectae, ratio autem, omnis, aut de  
 finitio est, aut demonstratio, ut ait Arist.  
 lib.

lib. 1. de Anima, & ex Theophr. idem docet Eustat. in cōm. Poster. praeter has autē methodos nulla alia Peripateticis nota nisi topica, de ijsq. omnibus in Logicis Arist. copiose disputatur, omnes certe methodi in illis explicantur. at, ut ista tibi concedamus, nemo ex Logicis Arist. vnquam dicet, qui possit, tam varia capita quae in singulis artib. docentur, coniungere, & ordine congruenti disponere: quae summa est, & caput methodorum. hoc item falsum plane est. Principio enim Arist. lib. 1. de Demonstratione, quo loco docet, quae vna scientia dicatur, aperte declarat, in quaq. arte, aut materia proposita non solum in commune considerandum id, de quo agitur, verū etiā omnes eius partes, atq. species ad extremas vsq. considerandas esse, atq. omnia attributa, quae illis per se non solum in vniuersum cōueniant, sed etiā separatim singulis partib. atq. formis. Quod autem ad ordinem horū spectat, colligi potest primum ex ijs, quae disputat Arist. lib. 1. de Demonstr.



## DE RECTE CONFIC.

de primo, & vniuerso. Ex illis enim perspicuū fit antecedere debere ea, ex quorum causis aliorū causae pendeāt. Deinde eodem li. i. tradit Arist. qui crescere possit in quaq. arte numerus demōstrationum in longum, & in latera: qui locus aperte declarat, vt aliae demōstrationes ex alijs aptae, nexaeq. ducantur. postremo idem plane demonstrat Ari. lib. 2. cum disputat, quae problemata eadem dicantur: quae omnia diligentissime a nobis explicantur in libb. de Vsu Logicae. requiretur hoc loco fortasse, qui methodi Topicae in artibus tradēdis interponantur. Arist. lib. i. Topicae ait illas interponi cum difficultate aliqua premimur in argumento proposito propter auctoritatem, qua valent illi qui cōtra senserunt. Quam ob causam ad constituendam veritatē permagnū interest aliorum sententias primum labefactare. quod studium magnae laudi Arist. tribuendum, licet quibusdam prolixior propterea videatur, deinde propter rationes contrarias, quae probabiles

babiles videntur, postremo ob ipsam  
 quaestionem, quae sua natura difficilis,  
 & perobscura est: qualis, visa Arist. illa  
 de mundi aeternitate. his causis addu-  
 ctus Arist. interponit multas quaestio-  
 nes in philosophia: ut in prima philoso-  
 phia totum tertium librū, & lib. 8. Phy-  
 sic. & .1. de Caelo disputat de mūdi ae-  
 ternitate tanquam de problemate logi-  
 co. earum quaestionum, ac ceterarū tra-  
 ctationem docet Arist. cumulate in To-  
 picis. Dices, vbi in Logicis Arist. de illis  
 trib. methodis agitur, siue ordinib. quo-  
 rum ex Galeno tam frequens in scho-  
 lis mentio? sunt autem vt vulgo illae me-  
 thodi nominantur, compositiua, reso-  
 lutiuua, & diuisiua. huic quaestioni ita sa-  
 tis fiet. Principio compositiua, eadem  
 est, atq. demonstratiua. ex simpliciorib.  
 namq. ad ea, quae magis cōposita sunt  
 atq. ex generaliorib. ad specialora, vt  
 demonstratiua progreditur, vt nihil a-  
 liud plane sit: de qua satis abunde in Po-  
 steriorib. disputatum. Resolutiua autē  
 aut nihil aliud est, quam paedia, quam



## DE RECTE CONFIC.

tota ars Logica praestat, aut si docet tantum, ut alijs placet, quomodo singulae partes artis sunt inuentae, aut inueniri possint, nihil aliud plane erit, quam demonstratiua. etenim, ut scribit Alexand. ut in reb. gerendis demonstrationes ex fine sumuntur, sic etiam in rebus dicendis ex fine demonstrationes elicendae, propter quem singulae dicuntur, aut disputantur. Diuisiua vero, quae additur a Galen. ut memoria teneamus ea, quae demonstrata sunt, praeter illa incommoda, quae Arist. lib. 1. de Partib. commemorat, plane non est necessaria ad memoriam confirmandam, ut Galen. voluit. nam si quis ex praeceptis analyticis probe norit, quae in quaq. arte adhibenda, & qua serie, ita ut intelligat, ut alia ex alijs per causas ducantur, firmitus memoria retinebit totam artem, quam si per diuisiones continuatas, in quib. nulla species causatum saepe numero apparet, eadem tenuerit. Quin & ex solis definitionib. quae ex quaq. demonstratione eliciuntur, solaq. positione

tione ab illis differunt, plura, & cum v-  
 beriori vtilitate memoria tenebit, quā  
 ex istis diuisionum catenis. etenim, vt  
 tradit Arist. lib. 4. Physic. ex definitio-  
 nib. perfectis depromitur, quae conue-  
 niant cuiq. rei, & propter quas causas,  
 quaeq. de quaq. re dubitationes excitari  
 possint, & qua ratione singulae dubita-  
 tiones soluendae. atq. eiusmodi defini-  
 tiones nosse est maxima, atq. optima epi-  
 toma cuiusq. artis, & sciētiaē, cum quis  
 illam primum per demonstrationes no-  
 uerit. hac ratione non solum memoria  
 teneremus ea, quae a veterib. accepisse-  
 mus, verum etiam eliceremus ea, quae  
 illi saepe, & saepius tacent, quod: qui in-  
 structi Logicis methodis sunt, facile ef-  
 ficere possunt. plures item dubitatio-  
 nes in omni disputatione excitaremus,  
 ac dilueremus eas quam facillime, hi  
 sunt fructus maximi, & vberissimi, qui ex  
 Logicis percipiuntur. quos nos copio-  
 se in nostro Logicae Peripateticae vsu  
 persequimur. Quare omnes methodi  
 perfecte disci possunt ex Logica Arist.  
 nisi



## DE RECTE CONFIC.

nisi forte denuo requiras methodum illam Platoniam docendi artes per definitiones, & diuisiones continuatas, de qua supra satis differuimus. Sed quid dices de methodis similium, & dissimilium, eiusdem, & alterius, communium & priorum, quas Galen. libb. de Decretis Hipp. & Plat. ut ab Hippoc. & Platone usurpatas praedicat? respondebo easdem plane esse, atq. diuisiuam, ut idem Galen. significat, aut, si quid habent diuersum ex libb. de Demonstrat. Arist. illud quoq. percipi posse. Quapropter, ut breui complectar, spatium integrum curriculum Philosophici perfectio absoluetur, si tota Logica Arist. studiofis philosophiae tradatur, vna cum vtraq. parte philosophiae suis omnibus partibus instructa.

Cap. 5. quo ordine partium in commune, & priuatim cuiusq. partis haec artes docendae.



Euasset nos magna parte hu-  
 ius molestiae forsan liber il-  
 le Adraſti Aphrodis. vetusti-  
 ſimi Peripatetici de ordine  
 librorum Arist. ſed quoniã illo frui nõ  
 licet, enitendum nobis eſt, vt eum ordi-  
 nem, qua ratione poſſimus, cum in cõ-  
 mune, tum ſeparatim in quaq. parte a-  
 periam⁹. Panaetius itaq. & Poſidonius  
 atq. etiam Boethus Sidonius fuerunt  
 in ea ſententia, vt docet Ammon. vt a  
 philoſophia naturali tanquam e carce-  
 rib. curſũ philoſophiae inſtitueremus:  
 quod ea pars ceteris facilior eſſet. haec  
 ratio nil efficit. Docet ſiquidem Arist.  
 lib. 5. Primae philoſophiae non ſemper  
 a faciliorib. eruditionis initium ſumen-  
 dum eſſe, niſi cum ſine illis poſteriora  
 percipi nõ poſſunt. alij, quod antiquior  
 eſſet ceteris, ab ea exordiẽdum eſſe cõ-  
 ſulerunt: vt docet Sex. Empiricus, quae  
 ratio quoq. nil efficit. nã iſto pacto Chi-  
 rurgica prius docenda eſſet in partib.  
 medicinae: quod eſt perabsurdum. alij  
 exiſtimarunt a Morali inchoandum eſ-  
 ſe,



## DE RECTE CONFIC.

se, vt Diogenes Apolloniata apud Laert. in Zenone, vt cum virtute ornati essemus, facilius & philosophiam perciperemus, & incorruptius de veritate iudicaremus. huic rationi perbelle satisfaciunt Ammon. & Simplic. si philosophia moralis paraenetice tantum, hoc est per admonitiones doceretur, vt aureis illis versib. Pythagorae, qui hac aetate etiam illustrati com. Graecis Hieroclis extant, aut carminib. Phocylidis, & Theognidis, recte quidem ab eiusmodi institutione initium sumendum esse: sed quoniam Peripatetici Philosophiam moralem, vt etiam alteram, quae in contemplatione cernitur, per demonstrationes, quantum patitur rei natura, docent, exploratum est nulla ratione illam sine Logicae intelligentia percipi posse. Quare verior est sententia Andronici Rhodij Peripatetici, & reliquorum Peripateticorum, quam plerique Stoici, atque etiam Epicurus, vt ait Sex. Empiricus, idem quoque Sex. Chaeroneus, licet Pyrrhonius, et Ephecticus secuti sunt, quae

C V R R I C V L O P H I L O S. 4<sup>R</sup>

que vulgo recepta est, vt a Logica initium ducatur. propterea quod ipsa instrumenta suppeditat, quib. veritas possit in omni parte Philosophiae certo asseri. in eadem sententia fuerunt aliquot Stoici illustres: Zeno nempe, Eudemus, Archidemus, vt scribit Laert. in Zenone. post Logicam cēsuit Chrysippus & alij item Stoici, vt obseruat Sex. Empiricus, proxime docendam Philosophiam moralē, quae quoq. sentētia in praefatione comm. Physic. Simplicij legitur: aliena autem ea est a ratione, & a decretis Arist. etenim si adulescentes, vt docet Ari. initio Nicomacc. vix, ac ne vix quidem adduci possunt, vt virtutem exerceāt, quod illi parti praeter curam demonstrationum propositum est, certe facilius multo erit institutio Philosophiae contemplatiuae: quae solis demonstrationib. contēta nihil praeterea desiderat. Quare post logicam secundo loco philosophia contemplatiua, tum moralis discenda. neq. vero ob eam causam posterius cognoscēda philosopho-



DE RECTE CONFIC.

losophia moralis, quod postulet intelli-  
 gentiam alterius partis philosophiae,  
 quod falso plerique de philosophia na-  
 turali existimarunt: nam quod postulat  
 Arist. i. Nicom. duas esse partes no-  
 stri animi, vnam rationis compotem, al-  
 teram vero expertem, illud diserte ab  
 Exotericis repetendum censet Arist.  
 nō ex Acroamaticis, vt libb. de Anima,  
 in quib. prorsus sentētiam illā de duab.  
 partib. animi refellit. His ita cōstitutis,  
 singulae partes philosophiae executien-  
 dae, ac videndū, qui ordo in illis per di-  
 scēdis obseruāndus sit. Logicae igitur,  
 qua ordiēdū docuimus, duas partes fe-  
 cit Arist. multis in locis, vnam Analyt-  
 cam, alteram Topicam, Analyticae as-  
 signauit quattuor libros duos de Syll-  
 gismo, & totidem de Demonst. e quib.  
 corpus vnum confecit, vt cōstat ex pre-  
 positione sui instituti li. i. Priorr. atq. ex  
 epilogo poenultimi cap. lib. 2. de Demo-  
 strat. alteri quoque parti Topicae attri-  
 buit nouem libros, octo quidē Topicae  
 atq. vnum Eléchorum, e quib. alterum

quoque corp<sup>9</sup> concretū est, vt liquet ex  
 propositione li. i. Topice. atq. ex epilo-  
 go Elencc. adiūxerūt postea his duab.  
 partib. prisca Peripatetici aliam, quam  
 στοιχειωτική, aut elementariam quidā  
 nominarunt: quod elemēta logicae cō-  
 plecteretur. Cui duae partes tributae:  
 vna de Categorijs, quam principium  
 logicae, & partē illius supra esse docui-  
 mus, alterā perihermenias: cuius librū  
 licet Andronicus neget Arist. esse, Ale-  
 xand. & ceteri Peripatetici illum Arist.  
 tanquam auctori ascribunt. Sunt ergo  
 tres partes Logicae, at libri, si sigillatim  
 enumeres, quindecim: in quib. docen-  
 dis eum ordinem optimū omnium esse  
 existimo, qui vulgo solet obseruari: vt  
 Categorias, scilicet sequatur lib. Peri-  
 hermenias, hunc libb. Analyticorum,  
 quib. succedant libri Topice. atq. illis  
 ad extremum Elenchi. etenim si de Syl-  
 logismo prius agendum, quam de De-  
 monst. vt voluit Arist. quia omnis De-  
 monstratio Syllogismus est, eadem ra-  
 tione prius de eo differendum erit, quā



## DE RECTE CONFIC.

de epicheremate, id est syllogismo probabili, aut dialectico, ut loquitur Arist. quia omne epicherema est syllogism<sup>9</sup>, quamuis non omne sophisma, de quo deinceps agitur, sit Syllogismus, sed illud solum, quod peccat tantum in materia. & quoniam demonstratio fieri non potest nisi de altera tantum parte contradictionis, quae vera est, intelligendum prius est necessario, qua ratione fieri debeant contradictiones in omni genere propositionum, ut docet lib. Perihermenias Arist. propter quam causam praecclare Theophrast. lib. de eodem argumento inscripsit de Affirmatione, & negatione: quasi hoc esset illius operis praecipuum institutum nosse qui negari, aut affirmari quicq. dicatur: quia saepe penumero in eo peccatur, vel a viris grauisimis, naedum ab adolescentibus, & ijs, qui in arte sunt adhuc tyrones. Sed quia nulla Demonstratio neq. philosophiae, neq. ceterarum fere artium quicquam concludit nisi per ea, quae secundum naturam efferuntur, nec-

cessarius est lib. Categoriarum: in quo docemur rationem loquendi secundum naturam, & more eruditorum. quid? quod in disputationibus quoque dialecticis plerumque peccatur huius partis ignorantia: ut docet Arist. initio lib. 2. Topice: hunc ordinem in explanandis libris logicae secuti sunt omnes fere Arist. interpretes: vnus Adrastus cum Categoriarum librum ante Topica inscripisset, videtur existimasse proxime post Categorias Topica doceri oportere. ac cur hac inscriptione vteretur, facile percipi potest: quod multis locis in Topicis Categoriarum cognitio omnino postuletur. quae ratio tantum illud a nobis poterit impetrare, ut ante Topica lib. Categoriarum discatur, non illud tamen, ut continenter ante Topica doceatur. Fieri namque potest, ut eadem disputatione duobus aut pluribus locis vsui sit: ut illa de virtutibus. li. 1. Rhetoricis. utilis est eo ipso loco ad rationem laudandi, quod proprium est eius loci consilium, eadem tamen, ut inquit idem Arist. vsui est ad ra-



DE RECTE CONFIC.

tionem illam persuadendi ex morib. oratoris petitam, quam docet idem initio lib. 2. eadem prorsus ratione locus legitimus, quo Categoriae tradendae, est qui proxime antecedit lib. Perihemenias, vt supra a nobis cōfirmatū est: vtilis tamen quoq. sunt ad Topica intelligēda, Philop. porro, & Auicenna existimarunt Topica post priora Analytica, sed ante libros de demonstratione legi oportere. Philop. hoc argumento in eam sententiam ducebatur. qui primum in argumentis probabilibus se exercuisset, eum facilius ad veritatis cognitionem peruenturum. Probe vero concludit, si exercitationem spectes. nā & Arist. semper fere disputationes probabiles praeponit Analyticis: sed quod ad docendum pertinet, quoniā vtraq. pars potest sine altera explicari, nihil efficit. Auicennae alia ratio illud persuasit: quod probabile scilicet vniuersalius sit necessario, in qua latet hic error. probabile non est ita generalius necessario, vt animal homine. neq. enim

pro-

probabile est de essentia necessarij: cū  
 multa necessaria non sint probabilia,  
 dissimillimaq. sit natura necessarij, &  
 probabilis. quia probabile hominū opi  
 nione tantum nititur, necessarium vero  
 natura rei, atq. veritate: accidit tamen  
 alicui necessario probabile esse, vt ple  
 risq. axiomatis. ita. Arist. lib. 2, de Sylo  
 gismo axioma illud omnium firmissi  
 mum de alterutra parte cōtradictionis  
 vera probabile vocat, qua ratione la  
 tius videbitur patere probabile, quam  
 necessariū: non tamen propterea prius  
 de eo agēdum, cum illud fortuito fiat.  
 recentiores quidam crediderunt Topi  
 cam partem praecedere oportere: pro  
 pterea quod inuētio antecedit iudiciū:  
 in quo multum dissentiūt ab Arist. qui  
 nunquam logicam in inuentionem, &  
 iudicium partitus est: licet M. Tullius eā  
 diuisionem Arist. ascribere in Topicis  
 videatur: quod alij ante nos docuerūt,  
 illud tamen, vt aliquid obseruem, vide  
 tur in ea sententia subabsurdum: quod  
 videtur postulare in Analyticis, nihil



DE RECTE CONFIC.

de inuentione, in Topicis nihil de iudicio disputari. quasi vero sectio illa secunda lib. i. Priorr. inuentionem non profiteatur apertam ad omne genus Syllogismorum siue demonstrationes, siue epicheremara sint, & quartum caput lib. i. de Demonst. ut Themist. indicat, ut copiam parare possimus propositionum Analyticarum demonstrat. iam vero lib. septimo extremo Topicc. & toto octauo quantum iudicij in ratione disponendi propositiones ad interrogandum, & praesertim ad elandum aduersarium, & in ordine respondendi. teneamus igitur in Logicis docendis eum ordinem, quem vlggo schola Peripateticorum obseruat. progrediamur nunc ad partem contemplatiuam philosophiae: cuius, cum duae partes sint, ut supra docuimus Physiologia, & prima philosophia, videndum vtra praegredi alteram debeat. ac videtur prima philosophia, quod prima sit, primum locum obtinere debere. hunc errorem vere depellunt explanatores, cum docent non appellari pri-

mam

mam, quod primo loco docēda sit, sed  
 quod de primis naturis, hoc est de diui  
 nis disputet: quae quanto celsiores no  
 stra natura sunt, tanto difficiliore no  
 bis ad comprehendendum existiman  
 tur. Quare post Physicā ea pars est di  
 scenda. illud tamen potest hoc loco ani  
 mos nostros suspensos, & sollicitos te  
 nere, si primae philosophiae duae sunt  
 partes ab Arist. tributae iudicio omniū,  
 vt videtur Peripateticorum praeterquā  
 vnus Nicolai Damasceni, vna de prin  
 cipijs rerum, quae in tres libros poste  
 riores de Sapientia reiecta est ab Arist.  
 altera de cognitione principiorum o  
 mniū artium, quae reliquis libris tradi  
 tur, num vtraq. postponenda sit Physio  
 logiae, an ea tātum, quae de principijs  
 rerum omnium in commune disputat,  
 atq. si ea sola postponenda, qui diuelli  
 possit reliqua a corpore totius sciētia.  
 Ac primum, si Arist. docet lib. 7. de Sa  
 pientia se ibi absoluisse ea, quae in Ana  
 lyticis de ratione definiendi tradiderat,  
 videtur prior illa pars primae Philoso  
 F 5                      phiae



## DE RECTE CONFIC.

phiae proxime post logicam tradenda. Deinde si prima philosophia, ut ait Arist. lib. 1. de Demonstr. omnium artium & scientiarum principia cōstituit, quod praestat sua parte priori, videtur ea ante Physicam, & ceteras partes Philosophiae discenda. quod aperte declarat vniuersa Physiologia Arist. cum in ea passim fiat mentio vocabulorum communium, ut actus, potētiae, per se, per accidens, & aliorum, quib. pleraeq. disputationes physicae profligantur, & ad exitum adducuntur, neq. sine illorum cognitione perfecta, possunt plane percipi. At absurdum esset partem vnam ab altera disiungere. non tam alienum a ratione id esset: cum Theophr. in eo fragmento, quod superest, videatur illas se parasse. Quin & Paücrates, cum proponit extremo capite eius fragmenti, quod habemus de Sapientia, videndum primum esse quid sit natura, videtur aperte praeterire totam illam partem de principijs omnium scientiarum, & ordiri ab eodem principio, quod Arist. ini-

tio lib.12.collocat. Nicolaus vero Da-  
 mascenus, qui solus ex veterib. Peripa-  
 reticis eas partes non disiunxit ab Ale-  
 xandro, Roisio, atq. alijs interpretibus  
 validissime exagitur. Sūt igitur duae  
 partes primae philosophiae plane dis-  
 crepantes. dices, cūr illas cōiūxit Arist.  
 cum videantur diuersa habere princi-  
 pia, vna autem scientia sit, vt idem do-  
 cet, cuius eadem sunt principia: respon-  
 derem copulatas fuisse, quia principia  
 illa communia omnium artium sunt  
 quoq. & alterius partis, nisi vererer isto  
 pacto ceteras partes philosophiae pos-  
 se quoq. vna cum primaphilosophia cō-  
 iungi. quod videtur subabsurdum pro-  
 pter hanc perplexitatem fortasse Plu-  
 tarch. in Alexandro censuit illud opus  
 Arist. ita digestum esse, vt nec doceti,  
 nec disci possit, tātumq. voluisse Arist.  
 in eo specimen quoddam, & exemplū  
 posteris proponere, ex quo eruditi eam  
 artem possent adhibito iudicio distin-  
 cte describere. seponamus igitur illam  
 partem priorem, atq. ante Physiologi-  
 am



DE RECTE CONFIC.

am eã doceamus, quod ipsum & haec ratio iure a nobis impetrare potest, atq. debet. in Logicis tantum docemur de principijs omnium artium, & scientiarum posse illa experientia inueniri, & argumentis probabilib. ratione Topica confirmari, sed qua ratione possint illa accuratius constitui, vt Ammon. in Comment. Porphyri. principia Geometriae stabilit ex initijs primae Philosophiae, illud vero in hac parte Primae philosophiae docemur. Ex his igitur perspicuum efficitur, cõsulturum optime studijs philosophiae, eum, qui priorem illam partem primae philosophiae ante Physiologiam enararet. sed, vt ad Physiologiam, quae deinceps sequitur, veniamus, eam in sex partes tribuit Arist. initio Meteorologg. vnã de principijs communib. & communib. affectionib. rerum naturalium, alterã de Caelo, tertiã de Ortu, & interitu, quartã Meteorologicã, quintã de Animalib. sextã de Plantis. ac de trib. quidem priorib. omnes cõsentiunt eo ordine docendas, quo vul-

go in scholis recitantur, de quarta exi-  
 stit aliqua dubitatio, an lib. 4. Meteorolo-  
 gicis. Arist. post libb. de ortu continen-  
 ter collocandus sit, vt voluit Alexāder,  
 quia persequitur qualitates tam agen-  
 tes, quam patientes elementorum, atq.  
 eorum proprietates. haec ratio tantum  
 videtur postulare, vt post libb. de ortu  
 liber ille quartus sequatur, non tamen  
 continenter, quod probandum fuerat.  
 ob eā causam addit Ammō. interruptū  
 iri disputationē de elemētis, si post tres  
 libros Meteorologicos ille quartus col-  
 locetur. quod & Alexā. voluisse videtur.  
 haec sane sentētia probabilior ceteris.  
 tria tamē vrgebūt eū, qui hāc sententiā  
 sequetur. Vnū est, quod in epilogo li. 4.  
 scribit deinceps disputandum quid san-  
 guis, quidq. os, ac vno verbo de partib.  
 ὁμοιομεπέσι, deinde de cōpositis ipsis. quo  
 loco obseruat Alex. quicumque ille sit  
 indicari, sequi post hunc librum libb. de  
 partib. animal. ac illud quidem ita acci-  
 pio sequi illos quidem libb. de partib. de-  
 bere, sed interpositis meteorologicis. al-  
 terum est, quod Ammō. apud Olympio



DE RECTE CONFIC.

dorum retulit ab Alexan. locum illum  
 extremum lib. 3. de fossilib. a Meteorolo-  
 gog. quoq. diuelli, & cum libris de or-  
 tu copulari. quae sententia nullo mo-  
 do constare posse videtur. nam neq. fos-  
 silia simpliciora sunt Meteorologicis, vt  
 antecedere ordine naturae debeant,  
 neq. Meteorologica postulant intelligē-  
 tiam fossilium, vt ordine doctrinae prae-  
 grediantur. Iam vero, cum vtraq. ex ijs-  
 dem generib. principiorum, hoc est ex  
 vtraq. exhalatione oriantur, praecclare  
 positum videtur, vt in vnam scientiam  
 conueniant. Quare congruentior vide-  
 tur rationi sententia Philoponi, qui li-  
 4. Meteorogog. ab illo fragmento de  
 fossilib. inchoat. itaq. lib. 4. essent Me-  
 teorologici, atque extremo illi quarto  
 posset copiosior fieri accessio de metal-  
 lis, & fossilib. quam indicat Arist. eo lo-  
 co fieri oportere. Nam quod tertio lo-  
 co obijci posset eum librū inscribi Me-  
 teorologicum, dicerem negaturum il-  
 lud liquido Philoponum, qui disputa-  
 tioni tantum de fossilib. lib. 4. Meteorolo-

logice. indicem accommodat. Tres itaque libri essent de ortu, ut Alexand. & Ammon, censuerunt, & quattuor Meteorologici. Olympiodor. tamē cū tres libros de ortu esse recipiat, existimat quartum hunc, qui vulgo inscribitur Meteorologg. ante secundum de ortu ponendum: propterea quod non possunt elementa oriri alia ex alijs, quin patiantur, at quo modo agant, & patiantur explicari illo lib. 4. fateor illa quidē disputari lib. 4. sed non tam elementorum causa, quam mixtorū, neq. tā multa postulari ex ea disputatione ad ortū elementorum intelligendum, ut requirant plenam lib. 4. cognitionē. Quid? quod Arist. saepe numero postulat consequentium intelligentiam: vt. 2. Sect. li. i. de Syllog. postulat disputationem illam de regressu in infinitum, qui non potest in attributis, neq. in subiectis propositionum inueniri: de qua ipse dissertit li. i. de Demonst. ita nō interrūpetur series duorum priorum libb. de ortu, & constabit recte ordo horum librorum.

quod



DE RECTE CONFIC.

quod si quis morosior volet retinere numerum, & ordinem libb. vulgo receptū, non repugnabo, si dicat 4. illum Meteorol. eo loco positum, quia non tam necessarius ceteris Meteoroll. quam disputationi de Plantis, & animal. copulatum autem cum Meteoroll. & eodem indice inscriptum, quia vsui est illis, ut factum videmus, in illis quae post Categorias appellamus. De ordine porro reliquarum duarum partium existit magna quaestio, num de plantis, atque earum causis an de anima lib. prius differendum sit, an de anima prius, ut placuit Auicennae. Duo autem argumenta persuaserunt Auicennae hanc sententiam: vnum quod anima sit vniuersalior plantis, & animalib. ac anima quidem non est generalior illis proprie, sed corpus animatum, de quo non disputat Arist. in libb. de Anima, sed de anima potissimum, & quae illi conueniunt per se, ut idem fatetur. alterum argumentum, quoniam de causa prius quam de effectu agendum. Hoc argu-

men

mentū nihil efficit: propterea quod nō  
 semper a priorib. natura progrediēdū,  
 vt idem Arist. monet. Quid? quod satis  
 experientia ipsa notum est, omnes mo-  
 tus partium tam in animalib. quam in  
 plantis ab anima fieri, in plantis ad  
 viuendum tantum, in animalibus praeterea  
 ad sentiendum, in hominibus tan-  
 dem praeter sensuum exercitationem  
 ad vsum quoque rationis, vt vix quic-  
 quam de anima praeterea nosse ne-  
 cesse sit ad disputationem de partib.  
 & de ortu animalium percipiendam.  
 Hac opinione labefactata, videndum  
 prius ne de plantis, quam de animalib.  
 vt quidam eē suerunt, agendū sit. quib.,  
 illa sentētia probatur, propterea quod  
 a simpliciorib. semper auspicandum:  
 quod ita esse fatemur, si reliqua ex illis  
 simplicib. composita sint, aut sine illis  
 percipi non possint. animalia autē non  
 componuntur ex plantis, potestq. illo-  
 rum disputatio sine plantarum cog-  
 nitione percipi. addūt aliam rationē, qua  
 suam sententiā probare nituntur: quod



DE RECTE CONFIC.

vt in libb. de Anima prius de facultate  
 nutriente, quam de sensitua, quae ani-  
 malium propria est, differitur, eodē mo-  
 do de plantis prius, quam de animalibus  
 disputandum sit. non valet argumentū,  
 etenim de nutriente prius differit Arist.  
 quam de sentiente, quia natura prior il-  
 la est, & quia potest eius disputatio sine  
 sensituae cognitione percipi. postre-  
 mo quia breuior, & facillior est ea dispu-  
 tatio. Quae causa coegit quoq. Arist. vt  
 in historia animalium primo ortū ce-  
 terorum animalium, vt idem ait, perse-  
 queretur, deinde hominis, de quo proli-  
 xior disputatio instituenda erat. Porro  
 disputatio de plantis difficilior est, vt ait  
 Theophr. quam illa de animalibus. atq.  
 Theophr. magnam partem illius expli-  
 cat ex proportione, & comparatione  
 animalium, vt ob vtramq. causam merito  
 praecedere debeat disputatio de anima-  
 lib. vt illam collocat Arist. in prooemio  
 Meteorologg. quam sententiam confir-  
 mat Ephesius, & illo antiquior Alexan-  
 d. cuius comment. in libb. Meteorologg.  
 habet.

C V R R I C V L O P H I L O S. 50  
habemus, cum inquit extremo lib. 4.  
de partib. post illam disputationem de  
Partib. animal. dicendum esse. quoniã  
autem Historia prius est tradenda, quã  
causae, vt idem docet. l. i. de partib. ani-  
mal. Historiae libb. prius cognoscendi,  
deinde de partib. animal. nõ quod libb.  
de Historia pars sint sciẽtiac de anima-  
lib. continent namq. sola phaenomena.  
Sed quia facilius illis antea perceptis  
causae intelliguntur. libris de partib.  
succedit lib. de ingressu animalium, vt  
idem testatur in extremo lib. 4. de par-  
tib. hunc excipiũt libb. de anima, vt idẽ  
scribit in fine lib. de ingressu. nam & in  
libb. de Histor. post historiam partiũ hi-  
storia sũsum, & somni sequitur (de Ani-  
ma namq. separatim nulla erat historia  
necessaria) quae libb. de Anima, & ei fi-  
nitimis respõdet. Expositis libris de A-  
nima nemo dubitat, quin sequi debeãt  
libri de Sũsu, de Memoria, de Somno,  
de Insomnijs, de Diuinatione per so-  
mnũ, ita vt a nobis sunt collocati. Sed  
quoniam Arist. promiserat initio lib. de



DE RECTE CONFIC.

Sensu se in hac parte Physiologiae de  
 Animi perturbationibus disputaturū,  
 nullus locus ei disputationi congruen-  
 tior videtur. nam cum perturbationum  
 sedes sit in appetitu, appetitus autem  
 causa sit motus animalium, de motu ve-  
 ro animalium omnium sit consentiens  
 opinio hoc loco differendum esse, effi-  
 citur necessario, vt hoc loco inferenda  
 sit disputatio de perturbationib. animi  
 quam proxime sequetur liber de Motu  
 animalium, vt indicat epilogus lib. de  
 Diuinatione per somnum: post quē cō-  
 sequentur libb. de ortu animall. vt ipse  
 testatur in fine lib. de motu. quod si di-  
 cas initio lib. 1. de ortu scribere Arist.  
 post disputationem de materia, & fine  
 partium, disputādum de earum efficiē-  
 te, ac propterea videri post libb. de par-  
 tib. sequi debere continenter libb. de  
 ortu, vt voluit Philopon. aut quicumq.  
 ille sit eorum libb. explanator Graecus,  
 respondebo disputationē illam de par-  
 tibus perfectā fuisse ab Arist. hoc libel-  
 lo de motu, in quo etiam de corde, & a-

ijs partibus, quae motum animalium  
 perficiunt, agitur. constabit igitur sen-  
 tentia Arist. recte, vt post explicatam ra-  
 tionem materiae, & finis perfecte par-  
 tium animalium, de ortu differatur. quē  
 ordinem comprobat quoque series dis-  
 putationis libb. de Histor. animall. cū  
 post explicationem partium extremo  
 lib. 4. de proprijs actionib. animalium dis-  
 ferat, vt de sensu, & somno, deinceps ve-  
 ro libb. trib. sequentib. de ortu anima-  
 malium. quam, & ipse confirmat initio  
 lib. quinti de Historia, sed multo accu-  
 ratius in epilogo li. de communi motu  
 animalium: ex quo, atq. epilogo lib. de  
 long. et breuit. vitae elicitur aperte or-  
 do omnium librorum de Animalib. qui  
 breuius & quasi in tria capita redactus.  
 proponitur ab Arist. initio li. 8. de Hist.  
 cum inquit, se reliquam naturam, & or-  
 tum animalium explicasse, deinceps de  
 vita, & actionib. ceteris disputaturum.  
 quam rationem ordinis videtur quoq.  
 Theophr. in disputatione de Plantis i-  
 mitari. Prima itaq. pars esset de natura



DE RECTE CONFIG.

Sive, ut alibi loquitur, de substantia animalium. propter substantiam siquidem est generatio, ut ipse docet li. i. de partibus. non contra. haec pars, si Historiam consideres, traditur libris quattuor prioribus. de Histor. causas, ex quibus tota substantia animalium concreretur est, id est materia, & formam de materia quidem agitur in libris de partibus. & lib. de ingressu, de forma vero in libris de Anima. & quoniam actiones communes omnium poene animalium sunt, sensus, memoria, somnus, & motus, & corporis ita atque animae communes, huic quoque parti attribuuntur. secundum vero pars est de generatione, cui respondet tres libri de Hist. consequentes, & quod ad causas pertinet, libri quinque de Ortu. reliqua vero pars est, de vita animalium, quae Ortum illorum sequitur, cui respondet reliqui duo libri de Hist. & illi quinque qui supersunt in parvis naturalibus. vulgo numerati. nam decimus ille de Histor. aut non est Arist. ut vere existimavit Gaza, aut etiam si illius sit, ad Historiam non pertinet, cum causas sterilitatis persequatur.

quatur, sed lib. de Ortu poti<sup>9</sup> annexē-  
 dus esset. quod si causas vitae, & eorum,  
 quae illi attributa sunt, attēdamus, eas  
 persequitur Arist. reliquis quinque libris  
 quorū primus est de Longit. & Brevit.  
 vitae, secūdus de Iuuentute, & Senect.  
 tertius de Respiratione, vt initio lib. de  
 Iuuent. idem declarat, quartus de vita,  
 & morte, quib. expositis inquit Arist. in  
 epilogo li. de Long. & Brevit. vitae finē  
 habituram methodum de Animalib. &  
 recte. nam reliquus lib. de Sanitate, &  
 morbo, merito in extremum locum cō-  
 iectus est: propterea quod ea disputatio  
 communis est Physiologiae, & Medici-  
 nae, licet dissimili ratione, vt in confi-  
 nio vtriusq. artis videatur collocanda.  
 Ephesius porro arbitratur ante lib. de  
 Sanit. & morbo collocandum fuisse li-  
 brum de alimento: quia eo probe con-  
 cocto sanitas conseruatur, male contra  
 cōcocto, aut crudo, & immiti sumpto  
 morbus comparatur. adducitur autem  
 in eam sententiam Ephesius, propterea  
 quod Arist. multis in locis pollicetur se



DE RECTE CONFIC.

de alimento disputaturum. Cui promisso praeter illa, quae disputantur lib. 1. de ortu, cum differit de accretione, & libris tertio, & quarto de partibus. & secundo de Anima, cumulate satis fiet in libris de Ortu animalium. ad quos ipse idem Aristoteles lib. 3. & 4. de partibus discrete reijcit disputationem de alimento: quod, & se in illis praestitisse fatetur in extem. lib. 4. de Ortu animalium. cum inquit. Sed de alimento, quod intrinsecus sumitur, atque de ortu externo animalium dictum, & separatim de vnoquoque in commune, & de omnibus. Philop. quoque cum Aristotele lib. 2. de Anima reijcit disputationem de alimento ad alios libros, interpretatur libros de Ortu animalium. cui & Simplicius assentitur. restat ultimus locus de Plantis, qui ex Theophrasto repetendus est ita ut prius eius Historia, ut in animalibus cognoscatur, quam persequitur Theophrasti libris decem de Historia plantarum nisi malis ad nouem illos reuocare. Deinde causae illarum discendae: de quibus Theophrasti libris sex differuit. Hoc loco

tanquã in extrema parte philosophiae contemplatiuae, vt supra docuimus, explicandi illi tres libri posteriores de Sapientia Arist. reliqua est pars Philosophiae practicae, in qua, quae omnium est cõsentiens opinio, prius Ethica tradenda, deinde continenter Politica, vt declarat aperte Arist. in epilogo Nicomacc. nam Oeconomicã in lib. 1. Politic. ille persecutus est, tanquam primã partem eius, quae proprio nomine Politica vocatur, vt differat ab Ethica. requiretur fortasse, si tam multa discẽda in spatio Philosophiae, magna pars aetatis in eo conterẽda esset, vt, quod omnes optãt, metã cursus Philosophici contingere possent. Praeclara vero cura. quasi vero Aristoteles id curaret, qui viginti annos in Philosophia discẽda consumpsit: Zeno vero, & Epicurus reliquarum duarum clarissimarum sectarum principes singuli decẽ & octo: Amelius autem praestantissimus Academicus viginti & quattuor annos Plotinum philosophum audiuit, vt comemorat



DE RECTE CONFIC.

morat Porphyrius in Plotino. Plotinus  
 undecim annos operam dedit Ammo-  
 nio, cum viginti & octo annos natus ad  
 illum audiendum se contulisset. Chio  
 Platonis auditor, ut ipse de se scribit in  
 epistolis, cum urgeretur a suis, ut breui  
 tempore spatium Philosophiae cōfice-  
 ret, respondet minimum decennio se  
 egere, ut possit explere Philosophiae  
 cursum. O tempora nostra miserrima.  
 Illi non alieno sermone, sed suo philoso-  
 phiae studia persequentes, Grammati-  
 ca, Poetarū, & Historiarū cognitione,  
 Rhetorica, atq. Mathematicis tincti,  
 rorum temporis in discenda philoso-  
 phia collocabant, nos alieno sermone  
 illam cognituri, sine ceterarum artium  
 praesidio, vix, ac ne vix quidem perce-  
 pta Grammatica, patimur biennium, aut  
 ad summum triennium philosophorū  
 exhedras sectari? At nos Aristotelica  
 profitemur, quae facilius, & breuiori tē-  
 poris spatio disci possunt: quod sint cer-  
 tiori methodo, & distinctiori compre-  
 hēsa. Hoc, ut ita esse cōcedamus, Theo-  
 phra-


phrastus tamen, & Eudemus, & reliqui  
 primarij Arist. discipuli illum minimum  
 duodecim annos audiuerunt. At enim  
 Proclus clarissimus philosophus bien-  
 nio tantum praeunte Syriano docto-  
 re vniuersam philosophiam Arist. per-  
 didicit, vt refert Marinus in eius vita.  
 est ita, sed quã dissimilis ratio. tenebat  
 ille probe studia Grammaticae, Poeta-  
 rum, & Historiarum, atq. in Mathemati-  
 cis erat perfectus. nouerat praeterea Pla-  
 tonica, & aliquantulum etiam Aristo-  
 telica, quae magistro Olympiodoro, vt  
 idem Marinus scribit, acceperat. Quid?  
 quod Syrianus non illum remoraretur  
 multis tricis quaestionum, sed ad sum-  
 mum Aristotelica illi traderet, vt idem  
 tres libros, quos habemus Arist. de Sa-  
 pientia explanat. Qua ratione fieri pos-  
 se videtur, vt quinquennio saltim, quod  
 Moschopulus sua aetate obseruari sole-  
 re significat, totus decursus philoso-  
 phiae absolueretur. quod temporis in-  
 teruallum, & Iustinianus imperator stu-  
 diosis iurisprudientiae praescripsit. quã  
 quam



## DE RECTE CONFIC.

quanquam videtur plus parenti omnium artium impertiendum. Sed cōcedamus aliquid nostrorum hominū praeporae festinationi, dum plenum, & omnibus partibus absolutum cursum philosophiae conficiant, ac si minus tincti eo genere litterarum, perfusi certe, quod satis pleriq. esse existimant, videantur.

Caput. 6. qua ratione doctor philosophiam, quod commodo fiat auditorum, explanare possit. §

 Octori philosophiae illud vnum potissimum curandū in tradenda philosophia, ut res ipsas, earumq. naturam potissimum spectet, non libris tantum, neq. verbis addictus sit. hanc rationem secuti Arist. & Theophr. non ex libris, sed ex intimis sensib. philosophiam docebant. quos longo post interuallo temporis imitatus est in hac duntaxat studiorum ratione insignis in primis Dialecticus, atq. philosophus Alypius, ut scri-

ptum reliquit Eunapius. Etenim libri, & scripta scientiae, & eruditioni accidere videntur, soliusq. recordationis gratia, vt docet Plato in Phaedro, conquiri. Sed quoniā propter ingenij nostri imbecillitatem positum est in more, consuetudineq. scholarum, vt ex libris Aristophylia cognoscatur, neq. his omnibus, sed tātum syntagmaticis, enitē dū praeceptori optimo Philosophiae, vt in singulis interpretandis tria illa tradat auditoribus, quae in illis esse oportere ex veterum scriptorum decretis obseruauit in comm. Categg. Simplicius. ea; sunt primum quidem, vt ad vnum, eundemq. scopum totus liber referatur, secūndum, vt omnia illius praecepta apta alia ex alijs perpetua quadam serie eundem finem spectent, tertium, vt genere quodam dicendi apto, & congruenti illi instituto sint ornata. Duo priora capitane praestabit, qui methodos logicas singulis libris exponendis apposite accommodarit. tertium repetendum ex praeceptis rhetoricis,



DE RECTE CONFIC.

ac praesertim elocutionis. quam neces-  
 sariam esse ad omnes fere artes docen-  
 das scribit idem Arist. lib. 3. Rhetorr. ac  
 si quod praeterea prooemiũ fuerit, aut  
 epilogus, aut si qua cohortatio ad prae-  
 ceptiones Rhetoricas, & praesertim e-  
 iusdẽ Ari. est referẽda. neq. vero paedia-  
 tantũ est separatim a magistro indican-  
 da, sed methodus quoq. Analytica, & To-  
 pica scorsum demõstrãdae, vt illã, quae  
 propria solius scientiae est, arctius cõ-  
 plectatur, & memoriae firmi<sup>9</sup> cõmẽdet,  
 hãc, quae opinionis est, exercitatione so-  
 la cõtentus, si minus memoriter potest,  
 pertractet. exponat praeterea separa-  
 tim oportet exempla, atq. vsum, ne ea  
 cum praeeptionibus cõfundat. & quo-  
 niam Arist. saepe adhibet communia  
 principia, & attributa ex prima philoso-  
 phia deprompta, ea item illis ostenden-  
 da, vt pari industria illa ipsi in alijs ad-  
 hibere possint. Porro vna quaeque  
 pars Philosophiae pro sua natura est  
 exponẽda: at Logica, quoniã instrumẽ-  
 tũ est reliquarũ partiũ, sic explicãda est

ut omniū præceptionū illi<sup>9</sup> vsus in cō  
 mune, & priuatim proponatur eadē cu  
 ra in priori parte sapiētiae obseruāda.  
 in qua ratione adhibēdi Logicam, & pri  
 mā Philosoph. si accurate audiores e  
 xerceātur repetitis exēplis ex vtraq. pat  
 te Philosophiae, fructus ille maxim<sup>9</sup> ab  
 illis facile percipietur, vt ipsi per se audi  
 tores magnā partē Philosoph. possint  
 cōparare: licet illud multo facilius prae  
 lucēte magistro, aut interpretare aliquo  
 fieri possit. Sed quoniā nō semper illi cō  
 tingūt, neq. semper quales optam<sup>9</sup>, per  
 magni interest in hac ratione esse diligē  
 ter exercitatū. de qua nos in libb. de Vsu  
 Logicæ, & in nostra epitoma τὴν μετὰ τὴν  
 οὐτιγὴ multa propositis exēplis differui  
 m<sup>9</sup>. sed quoniā oratio nostra, quod si ri  
 aliter vix potest, delapsa est ad mun<sup>9</sup> au  
 ditoris, de quo vltimo disputādū, trāsca  
 m<sup>9</sup> ad reliquas partes philosophiae. in ea  
 gitur, quæ cōtēplationē spectat, in illud  
 magno studio incūbēdū, vt rerū naturā,  
 & causas attributorū, quæ illis cōueniūt,  
 doceamus. Itaq. præponendae audito  
 ribus



## DE RECTE CONFIC-

ribus resolutiones, aut finitiones, quae  
ex illis demonstrationibus eliciuntur,  
exercendiq. auditores in dissoluendis  
per eas problematis. & quoniam in hac  
parte philosophiae per demōstrationes  
omnia fere perpetua serie tradūtur, ex  
ponendum, vt priora inseruiant poste-  
riorib. demonstrandis, & quo modo ea  
quae vltima exponuntur, possint per re-  
solutionem ad prima vsque reuocari. de  
quib. generib. exercitationum copiose  
in vsu nostro Logicae disputatum. ea-  
dem diligentia adhibenda in altera par-  
te philosophiae, illa tamen accessio fa-  
cienda, vt quia in actione tota versatur,  
eliciamus ex singulis praeceptis, quid  
agere, quidq. non agere, aut vitare, &  
propter quas causas oporteat, adiunctis  
etiam, cum commodum fuerit, cōgruē-  
tib. historiarum exemplis, vt ex defini-  
tione virtutis moralis quae legitur. l. 4.  
Nicom. colligemus in omni actione  
& perturbatione animi modum adhi-  
bendum, vitandumq. & quod nimium  
& quod parum: vt in exercenda iustitia


ius summum, quod institutum optimos quosq. iudices tenuisse legim<sup>9</sup>. sed quia libri Arist. aut Theophrasti explanādi, qui multis in locis deprauati sunt, aut varia lectione affecti, consulenda illorū varia exemplaria, & praesertim Graeca, vt ex eorum contentione, & instituto scriptoris, atq. ex ijs, quae locum illum antecedunt, & consequuntur, aut ex iudicio explanatorum, aut ex alijs praesidijs recta scriptura approbetur, praeposterā excludatur. et quoniam, vt ait Eurip. vnus vir non videt omnia, consulendi explanatores Arist. Graeci, & Arabes, qui multa ex illis mutuati, ac plerunq. ex ijs, qui perierunt, vt Rosius in Topicis ex Themistio, & Latini qui & Graecorum, & Arabum opera aliquando vtuntur. Quoniam autem munus doctoris est docere, non conquiescēdum illi, nisi cum probe nouerit ab auditore comprehensum esse id, quod docet, atque semel, & iterum, ac saepius percontandus, dum auditor, quod propositū est, assequatur: quod facilius consequetur



DE RECTE CONFIC.

tur, si se ad sermonem patrum, & maxime vſitatum demiserit, atq. exempla ex reb. maxime notis auditori repetiuerit, vtrunq. praestat egregie M. Tullius in suis Topicis. in illis autem, quae ad paediam pertinent, & ad disputationes Topicas, vt in aliorum sententijs refellendis, saepe continendus, & assidua exercitatione auditor, quoad expedite illud praestare possit: quod & alibi monuimus, quia permagni inter est, vt auditor teneat facultatem accommodandi praecipiones logicas quam facillime comparabit, si nouerit accurate, vt Arist. & Theophr. & alij egregij philosophi methodis logicis vtatur. Sed vt perfectius intelligatur, haec disputatio, quae magni momenti, & ponderis est, periculum illius faciamus in aliquo cap. Arist. Sic igitur illud primum caput lib. perihermenias: nam cum ille liber male audiat apud veteres ob insignem obscuritatem, clarius apparebit, quanta vis sit huius methodi. omisis itaque *ἑοῖς προλεγόμενοις* eius libri, quae longum

gum esset persequi, doceamus primum  
quasi addicti non essemus scriptis A-  
rist. totam disputationem illius  
capitis, eamque methodo  
Logica elicia-  
mus.



H2

EX





EXPLANA  
TIO PRIMI CAP. LIB.  
PERIHERMENIAS EX-  
pressa Methodis Logicis, ac  
ex decretis Aristo-  
telis.

**L**OGICAE. Igitur ex  
sententia veterum Peri-  
pateticorum nihil aliud  
propositum est, quam para-  
re facultatem, qua quis  
possit, quae vera sunt in  
quaque arte, & scientia, quatenus illa-  
rum patitur natura, & praesertim in phi-  
losophia demonstratione elicere, & con-  
firmare. cumq. Demonstratione, quae  
syllogismus est, constituatur utra pars  
quaestionis, id est contradictionis pro-  
positae vera sit, affirmatiua ne, an  
negatiua, necessario primum ratio  
cognoscenda, qua haec partes certo dis-  
cernantur, ne aliud concludamus, quam  
quod

quod nobis propositum : in quo vehementer peccaretur. et quoniam affirmare, & negare est suam sententiam de re aliqua pronunciare, quod fit oratione modi indicantis, videndum principio quid oratio sit, & quae eius formae: ut quid sit pronunciatum, aut enunciatio, quam hoc loco quaerimus, colligatur. Sed quia is, qui enunciat suam sententiam de re aliqua, asserit hoc illud esse, aut non esse, atq. duas res coniungit, vnam, quae subiecta est, de qua altera dicitur, alteram, quae de re subiecta effectur, illa nomen apelletur, quia nomine suo appellat, id de quo agitur, haec vero verbum, quia semper illud, quod de altero enunciatur, aut verbū est modi indicantis, aut verbo eiusdem modi annexum. Quare cum partium cognitio prior sit totius cognitione, videndū initio quid nomen, quidq. verbum sit. Quapropter, ut rationem affirmandi, & negandi certo nosse possimus, intelligendum antea quid enunciatio, quidque oratio sit. Atq. ad haec intelligen-



DE RECTE CONFIC.

da quid nomen, quidq. verbum sit primum omnium obseruandum. haec autem praestari non possunt sine singulorum definitionibus: quae cum constent genere, & differentijs, genus primo, & differentiae horum inuestigandae. cūq. genus primum locū teneat, neq. quoduis genus, sed proximū cuiusq. rei quae rēdum sit, vt positum est in praeeptis Logicis, aut certe, si nomen illi impostū non sit, commune genus addita proxima differentia, primo genus horum quattuor vocabulorum inuestigandum est. Sed quoniam in praeeptis primae philosophiae positū est, vt in his, quae fiunt arte, aut hominis ingenio materia, aut subiectum loco generis adhibeatur, vt sella est lignum sic fabrefactum, haec autē quattuor vocabula hominū inuenta sint, reponenda erit pro genere, illorum materia: quae, vt docēt Physici, vox est. omnium namq. quae loquimur, atq. vniuersi nostri sermonis ea materia est. e qua veluti ex ligno statua, sic cum varie informatur, nomina, verba,

ba, & cetera cōficiūtur: vt addita varie-  
 tate casuū, generū, & aliorū nomen fit,  
 vt docēt Grāmatici, at tēporū, & perso-  
 narū varietate adhibita, verbum reddi-  
 tur. sunt & in methodis Topicis duo in-  
 strumēta ad genera, & differētias inda-  
 gādas: vnū similitudinis, quo genera, al-  
 terū dissimilitudinis, quo differētias in-  
 uestigātur. sumamus similitudinem in  
 vocibus, de quibus agimus, & in earum  
 notionib: quas significant, atq. in earū  
 scriptura, qua notantur: quae quia in  
 trib. terminis cernitur, analogia coniū-  
 cta a Mathematicis appellatur. quemad-  
 modū igitur nomina, & verba scripta,  
 (eadem ratio de ceteris) significant ea,  
 quae pronunciantur, sic nomina, & ver-  
 ba, quae proferuntur, declarant notio-  
 nes sibi subiectas. ex qua similitudine  
 fit, vt vox significatiua illorum, de  
 quib. agimus, genus merito censeatur.  
 sed quoniam vocum multae sunt diffe-  
 rentiae, ex illis quoq. horū vocabulo-  
 rum differentiae elicientur. sunt autem  
 haec vocum significātiū dissimilitudi-



DE RECTE CONFIC.

nes. vna quidem voces aliae idem valent apud omnes gentes, vt vox suspitij, & gemitus, aliae diuersa apud varias gentes significat, aut etiã aliquãdo nihil: vt haec vox homo quid apud Romanos efficiat, notũ est: quae tamẽ apud Graecos, & alias gentes, aut nihil, declarat, aut certe discrepans ab ea notione, quam Romani illam vsurpant. Illa differentia, quae apud omnes nationes idem valet, naturalis iure vocatur: quod omni poene loco sui similis sit, altera vero, quae pro varia gentium consuetudine varie commutatur ex instituto apposite significare dicetur. Haec differentia ex instituto significandi, cum illis quattuor exaequo conueniat, erit genus periphrasim expressum illorum quatuor vox significans ex instituto. Dices: in Categoriarũ expositione docueras vocibus significari res ipsas, nunc notiones ais significari. nullas turbas haec oppositio dabit. etenim vtrumque eodem reuoluitur. Nam voces interuentu notionum res ipsas declarant: quia notiones nihil aliud

liud sunt, quam rerum ipsarum simula-  
 cra, neq. aliud est intelligere quam rei  
 subiectae imaginem mente complecti.  
 hoc qui fiat, & cuiusmodi sit, Physici do-  
 cent, cum de Anima disputant. genere  
 igitur inuento quaeramus differentiã  
 ex dissimilitudine. ea itaq. talis erit. Vo-  
 cum, vt & notionum aliae simplices, a-  
 liae iunctae. quae sic differunt: simplices  
 nunquam per se verum, neque falsum  
 significat, coniunctae licet illi hoc quo-  
 que contingat, tamen si copulentur cū  
 verbo modi indicantis, semper aut verū,  
 aut falsum declarant. Quod autem sim-  
 plices voces neq. verum, neq. falsum si-  
 gnificent, argumento sunt nomina cō-  
 posita, quae quia propius accedunt ad  
 orationem verum, aut falsum videntur  
 posse significare, neutrum tamen decla-  
 rant ipsa per se, nisi addas aliquod ver-  
 bum modi indicantis, cuiuscunque tem-  
 poris fuerit: quin, & si nomen compo-  
 situm sit ex illis, quae commēticiū ali-  
 quid declarant, quodq. in rerum natura  
 non cōhaereat, neutrum per se signifi-



DERECTE CONFIC.

cabit, nisi illi adiungatur verbū aliquod  
 modi indicantis. Quare nulla vox, neq.  
 notio simplex ipsa per se verum, aut fal-  
 sum significabit. in hac dissimilitudine  
 includuntur duae differentiae: vna qua  
 differunt nomina, & verba, hoc est sim-  
 plices dictiones ab oratione, altera, qua  
 discrepat enunciatio a ceteris orationū  
 formis. Prima igitur est eiusmodi: hoc  
 differunt nomina, & verba ab oratione,  
 quod nulla pars illorum per se aliquid  
 declarat, cum ipsa per se neq. verū, neq.  
 falsū vnquam significant: orationis ve-  
 ro partes aliquid declarant, vt huius o-  
 rationis homo ambulat, vtraque pars  
 aliquid per se significat: illius vero nomi-  
 nis homo partes, ho, scilicet, & mo,  
 nil declarant, vt neq. partes illius verbi  
 ambulat. Secunda differentia est, qua  
 differunt orationes modi indicandi ab  
 orationibus reliquorum modorū. Illae  
 siquidem verae cōtinuo, aut falsae sunt:  
 haec autem, neq. veritatem, neq. menda-  
 cium vllum declarant, sed affectum tan-  
 tum quendam animi, aut aliud quid: vt

utinam viderem, optationē, si legerē „  
 conditionem. ex ratione porro, quam  
 supra confirmauimus nomina, & verba  
 per se neq. verum, neq. falsum significa-  
 re, elicitur tertiā differentia, qua diffe-  
 runt nomina a verbis. ea est eiusmodi:  
 verba praeter significationem propriā,  
 temporis quoq. alicuius significationē  
 subiiciunt: vt ambulat significat am- „  
 bulationem, non simpliciter tamē, sed  
 cum adiunctione temporis praesentis.  
 at homo ita declarat rem sibi subie- „  
 ctam, vt praecise illam significet sine vl-  
 la temporis accessione. His ita consti-  
 tutis, quod propositū fuerat his instru-  
 mentis, facillime colligentur definitio-  
 nes ipsae quattuor illorum vocabulo-  
 rum, nominis quidem. Nomen est vox  
 significans ex instituto, cuius nulla pars  
 separatim aliquid declarat, & significās  
 sine temporis adiunctione. Verbum au-  
 tem est vox significans ex instituto, cu-  
 ius nulla pars seorsum aliquid signifi-  
 cat, sed ita significans, vt accessione a-  
 liqua temporis facta indicet rem a se  
 signi-



DE RECTE CONFIC.

significatam nomini conuenire, aut nō  
 conuenire. Oratio uero est vox signifi-  
 cans ex instituto, cuius partes separa-  
 tim aliquid declarāt, ut quaeque dictio  
 enunciatio tandem est oratio, quae ue-  
 rum, aut falsum declarat. huiusmodi  
 praemunionem, quae antecedit con-  
 textus Aristotelici explanationem, qui-  
 da Graeci interpretes προθεωρίαν, quae  
 dicant antecedentem cōtemplationē,  
 nomināt, quae si plena, & omnibus suis  
 partibus absoluta proponatur, quod ad  
 scientiam comparandam pertinet, ni-  
 hil opus esset textus Aristotelici cog-  
 nitione, ac ne explanatione quidem. Sed  
 propter ingenij nostri infirmitatem A-  
 ristotelem tāquam oraculum terrestre  
 sapientiae consulimus: ut illius auctori-  
 tate ueritas magis asseratur. Haec una  
 consuetudo nostra studia remoratur, et  
 ficitq. ut sero singularum artium perce-  
 ptionem comparemus. etenim praeter  
 alias curas, & molestias, quas nobis ex-  
 hibet haec textus explanatio, ut sit ne  
 lectio integra, an contaminata, sit ne lo-  
 cus

cus Latina oratione recte descriptus,  
 subeunda est cogitatio illa ardua, & diffi-  
 cillima, ac periculis multis, & maximis  
 referta, diuinandi mentem Arist. aut alte-  
 rius scriptoris. ex qua cogitatione oriun-  
 tur tot, tamq. dissentientes explanato-  
 rum sententiae, ceterarumq. diligens co-  
 gitatione, dum in ea, quae nobis probabi-  
 lior videtur, acquiescamus. huic curae  
 illa non leuior, sed multo grauior adiun-  
 cta est, quae ratio optima sit interpretan-  
 di Aristotelis. cui etiam videtur satisfactum  
 breui, & vere, vt Arist. per ipsum illum  
 interpretemur, tamen hoc ipsum alij a-  
 lter accipiunt. credunt pleriq. tunc A-  
 rist. eo modo explanari, cum multas sen-  
 tentias eiusdem ex alijs locis repetitas  
 inculcant, & coaceruant. in quo non vi-  
 dent, quot denuo labores sustinendi: vt  
 sit ne ex Arist. an alterius sententia il-  
 lud usurpatum, obiter ne, an ex profes-  
 so, sit ne ex libro germano illius locus  
 promptus, ac si germanus fuerit, sit  
 ne ex libro exoterico, in quo parum est  
 instrumenti, an ex hypomnematico, in  
 quo



DE RECTE CONFIC.

quo multo minus est auctoritatis. istū aceruum locorum consequitur alia sollicitudo, qui loci inter se pugnent, ut eōponendae eorum discrepantes sentētiaē. in has quoq. curas se immittit ambitio, qua dum volumus videri ceteris sapiētiores, imprudentes in sophistarū gregem nos conijcimus, ac saepe, quod turpius est, sordidissimorum, ut spevilis lucelli multa inculcemus, quae sunt ab instituto scriptoris lōge aliena. Sed his omissis, quib. D. O. M. medicinā, ut potest, faciat, nos Arist. caput conemur exponere cōgruēter praeceptionib<sup>9</sup> triū artiū, quibus ille ad artes, & sciētias con dēdas uti nos voluit, nēpe Logicae, Primae philosophiae, & Rhetoricae, & ali quādo Poeticae. quia in Rhetoricis postulat aliquid Poeticae, praesertim in praeceptis elocutionis. veniamus igitur tādē ad scriptum Arist. latine quidē expressū, ut vulgo in scholis visitatū, sed cā dide, & simpliciter, neq. ex alicuius interpretis sensu: ne multum operae nobis eripiatur: dum iudicium de illi-

CURRICULO PHILOS. 64  
us interpretatione facimus. Sic ergo  
loquatur Aristo. sermone Latino sin-  
minus polito ad id, quod volumus.  
Primum ponere oportet quid nomen,  
& quid verbum, de inde quid est nega-  
tio, & affirmatio, & enunciatio, & ora-  
tio. Haec est propositio brevis totius  
libri: qua mens Arist. in hoc libro quae  
ut, apparet, quasi plane dicat: statui in  
hoc libro docere, qua ratione sine illo  
errore, & distincte possit quispiam in o-  
mni disputatione affirmaciones, & ne-  
gationes cōficere. quod, ut facilius fiat,  
quid ipsae, quidq. earū partes, & genera  
sint, explicabo. sed quoniam Arist. exi-  
stimabat more, & instituto antiquitatis  
li<sup>o</sup> erudite parū decere suā auctoritatē  
atq. gravitatē rei subiectae, eiusmodi ge-  
n<sup>o</sup> dicendi tā facile, tāq. popolare, ex al-  
tra vero parte videbat ad docēdū nihil  
cōmodati<sup>o</sup> esse sermone quotidiano,  
& populari, imitatus Euripidem, qui  
timus huius artificij, ut ipse tradit in  
poeticis, & Rhetoricis auctor fuit, ita  
emperavit suum genus orationis in  
omnib. fere suis scriptis, ut sermone



DE RECTE CONFIC.

poene plebeio vtens suam, & artis, quae  
 profitebatur, dignitatem quam maxi-  
 me fieri potest, tueretur. Hanc rationem  
 consilij qui animaduertunt, cumulate sa-  
 tisfacient Phrynicho Grammatico Graeco,  
 & alijs, qui genus scribendi, quo Arist.  
 & Theophr. vsi sunt, vt minus Atticum  
 improbarunt. Sed his omissis locum Ari-  
 st. ex eius decretis excutiamus. Propo-  
 nere breui summam rei, de qua agendum  
 est munus proprium prooemij, siue exo-  
 dij, vt idem Arist. tradit li. 3. Rhetorice.  
 Haec itaq. propositio erit vere prooe-  
 mium huius libri, vt illam appellat hoc  
 loco D. Thomas. sic Arist. prooemium  
 vocat librum. 1. de Sapientia initium  
 lib. 2. quia in illo docet, quid propo-  
 situm esset toti arti, & qua methodo  
 persequendum, & ad quem vsq. finem  
 vt perfecte aliter, quam prisca antea fe-  
 cerant, traderetur. in Nicomaeo. item  
 lib. 1. postea quam docuit, quod esset in-  
 stitutum totius philosophiae moralis  
 & qua ratione, & quib. ea ars discenda  
 esset, illum locum prooemium esse co-  
 tit

CVRRICVLO PHILOS. 65  
ius artis disertim testatur. Simplicius  
autem, vt alia omittam, primum quoq.  
caput lib. i. Physice. propter eandem ra-  
tionem prooemium appellat. hanc cō-  
suetudinem proponendi initio libb. &  
disputationum, id de quo differendum  
est, rectam esse confirmat acute, et vere  
Alexand. in Com. lib. i. Priorr. hoc mo-  
do. Vt in reb. probe gerendis initiū de-  
monstrationis ex fine petendum est, sic  
in ijs, quae dicenda, aut disputāda recte  
sunt, initiū ex fine repeti oportere. Nā  
vt finis principium est, propter quod  
res bene geruntur, sic et idem princi-  
pium est, propter quod disputandae su-  
cipiuntur. Ab eo igitur tanquam a ca-  
pite, et principio exordiendum. Hanc  
rationem fulcit illa sententia Arist. ex  
lib. 9. primae Philosophiae omnes no-  
stras actiones ex fine petendas. earum  
autem actionum vna, nec minima qui-  
dem est disputatio de quavis re susce-  
pta. addit Alexand. aliam rationem su-  
periori. per magni interesse, vt tam is,  
qui docet, quam is, qui discit a princi-  
pio



DERECTE CONFIC.

pio scopum totius libri teneat, vt iudicium certum facere possit de singulis artis praeeptionibus, quo referēdae, & cuiusui sint: ne accidat illis, quod jis, qui iter facturi, ignorant, quo proficiscātur. isto enim pacto saepe, et multum peccarent. haec ratio videtur deprompta ex initio lib. 3. de Sapiencia. Aristoxenus quidem discipulus Arist. in Harmonicis prodit Aristotelem hac in parte lōge anteponendum fuisse Platoni. quod Arist. semper proponeret aperte, id de quo esset disputaturus.

His ita constitutis, verba Arist. perpendamus, vt quae mens illius sic in hoc lib. colligere possimus. Duplicem itaque scopum videtur Arist. hoc loco aperuisse: vnum, ac loco quidem priorem, licet dignitate posteriorem, se scilicet disputare primum velle de nomine, & verbo, tanquam de partibus enunciationis, sine quibus illa percipi non potest, alterum, qui dignitate antecellit, se differere velle de enūciatione, sed potissimum de eius formis, affirmatione nimirum

& ne

& negatione: vt qua ratione affirmare  
 quicq. aut negare debeam<sup>9</sup>, certo intel  
 ligatur. Duabus autem illis particulis  
 primum, & deinde videtur vtrumq. di  
 stinxisse. scopum praecipuum huius lib.  
 prae se fert clarius inscriptio eius lib.  
 quem Theophr. Arist. auditor, & succes  
 sor de eodem argumento edidit. inscri  
 psit namq. librum de Affirmatione, & ne  
 gatione: quae inscriptio verius declarat  
 huius lib. institutum, quam illa Eudemi  
 eius condiscipuli de eodem argumen  
 to *ᾧ περὶ λέξεως*, id est de locutione, quae  
 magis patet, vt constat ex Poeticis Ari  
 stotelis. index quoque huius libri Ari  
 stotelici late patet: nam *ᾧ περὶ ἑρμηνείας*  
 idem valet, quod de interpretatione,  
 hoc est de oratione, vt Aspasius, & Ale  
 xander vere explicant, quamuis repu  
 gnante Porphyrio: non tamen de qua  
 uis oratione, sed de philosophica tan  
 tum, aut Logica accipiendum, vt pru  
 denter monuit Alexander. redeamus  
 ad verba Arist. primum ponere oport  
 et. coaseruant hoc loco interpretes



DE RECTE CONFIC.

multas notiones subiectas verbo ponē  
 di Graeco, quod est *θὲς, ἴσθαι*, & nomini  
 positionis apud Aristotelem. quae signi  
 ficationes, etsi vere quidē obseruantur,  
 illud tamen, si ad viuum resecetur, nō vi  
 deo, sit ne vsquequaque certum, cuius  
 causa illae notiones collectae: nempe  
 » ponere, hoc loco idem valere, quod de  
 finire. etenim si hoc ita sit, non erat ne  
 » cesse addere illud quid sit, nisi dicas A.  
 » rist. induisse personam poetae, & pleo  
 » nasmo vsum, cuiusmodi illud hisce ocu  
 » lis vidi, & ore locuta est. quod genus  
 orationis longissime abest a grauitate  
 Philosophica. melius illud obseruassēt,  
 & congruentius huic loco Arist. lib. 1.  
 de Demonstrat. appellare positionē ge  
 nus quoddam principij, quod traditur  
 a magistro, & creditur a discipulo sine  
 vlla demonstratione. breui quadam ex  
 plicatione tantum contentum, eiusque  
 duas esse formas, vnam definitionem, al  
 teram hypothefim. quare hoc loco po  
 nere significat sine demonstratione ex  
 plicare, aut vno verbo, postulare, in quo  
 apparet

apparet metaphora illa primi generis, d  
 qua Arist. in Poeticis. sunt enim apud il  
 lum quatuor metaphorarum formae  
 quibus prima, cum generale pro specia  
 li usurpatur, ut hoc loco ponere, quod  
 multis alijs modis dicitur, pro postula  
 re. cuiusmodi autem metaphoris, atq. e  
 pithetis, & alijs generibus nomium af  
 persis in sermone etiam quotidiano, cō  
 paratur ὄγρησις, id est fit oratio grauis, &  
 a plebeia consuetudine discedit, ut do  
 cet Arist. lib. 3. Rhetoricæ. talis autem  
 esse debet oratio Philosophi. Nam, ut  
 intelligi possit, quod propositum est do  
 centi, oportet illam popularē, non poe  
 ticam esse: quod reprehendit in Empe  
 docle Arist. lib. 2. Meteorologg. ac nedū  
 popularis sit demissa, & abiecta red da  
 tur, excitanda est metaphoris, & alijs  
 huiusmodi nominum formis, ut docet  
 quoq. Hermogenes in Idea τὴν ἀξίωσιν  
 ὄγρησις, id est dignitatis, aut auctoritatis ut  
 nos conuertimus in nostris Institutio  
 nibus Rhetoricis. sed hoc satis sit se  
 mel obseruasse de sermone philosofo  
 rum,



DE RECTE CONFIC.

rū, qualis esse debeat. Procedamus por  
 ro. quid nomen &c. ipsum quid po  
 situm hic pro quod sit esse, id est, quae  
 sit vis, & natura, aut pressius, quae sit es  
 sentia, quod Graece melius dicitur v su  
 patum esse τὸ π' pro τὸ π' ἢ εἶναι, vt lo  
 quitur proprie Arist. etenim, vt vere di  
 sputat Alexand. li. i. Topice. contra An  
 risthenem, & aliquos Stoicos definitio  
 non explicat tantum, quid sit, quod est  
 generis proprium, sed quod sit esse rei  
 erit igitur & haec metaphora primi ge  
 neris. nā generalius est significare quid  
 sit, quam quod sit esse rei. vides igitur in  
 hoc genere loquendi quam brevis sit  
 Arist. nam cum dicturus esset, quod sit  
 esse nominis, tantū extulit quid sit praec  
 ise. Haec ratio scribendi praeter alias  
 reddit Arist. breuem, ac proinde obscu  
 rum, & graue, vt antea docuimus. quae  
 tamen vulgo ignota est: quod eloquen  
 tiae studia negligentissime tractentur,  
 & quod dolēdum, despiciatui ab ijs, qui  
 se philosophos profitentur, ducantur.  
 » Dicit aliquis illud oportet non legi

in commen. Ammonij Graece edito ab Aldo. quanquam Paul. Manuc. in editio-  
 ne sua illud addit. verisimile est illud li-  
 brariorum negligentia omissum fuisse,  
 alioqui interpretes Graeci, vt initio  
 Priorum illud annotassent, ellipsi Atti-  
 ca praetermissum fuisse. enimvero in  
 omnibus M M. SS. Graecis, & Latinis,  
 atq. in libris cufis, quos vidimus, differ-  
 tim legitur illd oportet. torquet hoc „  
 loco interpretes illa cura, quo ordine  
 haec sex vocabula collocata fuerint. ac  
 de nomine quidem, & verbo supra satis  
 expositū, cur reliquis praeponēda sint,  
 sed cur nomen verbo anteponatur, illa  
 ratio in promptu. constat ex Catego-  
 riarum disputatione, cum secūdum na-  
 turam loquimur, subiectum praeire, at-  
 tributum sequi. quāquam sect. 2. lib. Pe-  
 rihermen. & in libb. Priorr. alia ratione  
 hic ordo inuertitur. nomen autem vim  
 subiecti obtinet, verbū vero eius, quod  
 de altero dicitur. Haec igitur duo eodē  
 ordine proponit, quo illa persecuturus  
 est. reliqua quattuor ita digere, vt in ex-  
 tre



DE RECTE CONFIC-  
tremum locum conferat ea, de quibus  
prius disputaturus est. vt solet breuitate  
consulens, ne molestia lectori iteratio-  
ne exhibeat. quod & Ammon. hoc loco  
innuit, & explanatores obseruat ab eo-  
dem factum in propositione illius di-  
sionis in Categorr. illorum quae dicitur  
tur alia cum complexione, alia sine co-  
plexione dicuntur. aliae rationes, quae  
hic afferuntur ab interpretibus frustra sunt.  
Requireret fortasse aliquis, vt haec ita  
sint, cur Arist. negationem praeposuit  
affirmationi. hunc ordinem fortasse se-  
cutus est, propterea quod illud potissi-  
mum propositum huic libro, vt ratione  
conficiendi negationes, quae obscurior  
est, discamus. mitto alteram rationem,  
quam affert Syrianus, quod leuior videa-  
tur. quaerunt praeterea illud inter pre-  
tes, quid sit cur Arist. non expresserit in  
haec propositione, quid sit vox, cum v-  
tatur illa loco generis in definitionibus  
nominis, verbi, atque orationis. respon-  
dent iidem vere vocem non esse horum  
genus, sed loco tantum generis positam,  
atque materiam illorum potius esse, vt idem

docet lib. 5. de Ortu animm. ac propterea de ea non fuisse magno opere laborandum. quod si pertenderis saltim definiendam fuisse hoc loco, quādo ea utitur Arist. loco generis: satisfaciunt quoq. vere huic quaestioni definitionē illam vocis ad Physiologiam pertinere, neq. longius progrediuntur. Si quis tamen scrutari illud quoq. cupiat, cur ad philosophum naturalem illa reiiciatur. dicerem propter motum, & materiam, quae principia Physiologiae sunt: quarum mentio fit in ea definitione, cū dicimus, vox est ictus ore animalis prolatus &c. Itaq. limites Logicae transilieret, qui vocem isto pacto definiret. Petrum quidem Hispanum, & alios eius sectatores induxit in eum errorē ignorantia Analyticorum. in idem tamen erratum incidere Xenocrates secundus Platonis in schola successor, cuius & ipse Ari. illum accusauerat, ut scriptum reliquit Porphyr. in com. Harmonice. Ptolemaei. neq. enim licet de genere in genus transire in tradendis artib. ut do-



DE RECTE CONFIC.

cet idem Arist. li. i. de Demonstrat. de  
 quo nos copiose differuimus in lib. de  
 Usu Logicae. porro interpretes non ac-  
 quiescunt in his quaestionibus. sed illam  
 praeterea suggerunt, si vox genus horū  
 nō est, ecquod erit illorum genus. haec  
 quaestio transilit item terminos huius  
 loci, ac proprie spectat ad libb. Topice.  
 si disputanda sit in cōtrarias partes, aut  
 certe ad lib. Categorr. si planius ad exi-  
 tum perducenda est: quam etiam expli-  
 cant eius lib. explanatores. haec autem  
 altera causa est, cur in immensum phi-  
 losophiae decursus, atq. aliarum artiū  
 progrediatur, & vix, ac ne vix quidem  
 vllus ad exitum vllius artis, nullis inter-  
 missis eius partibus. perueniat. compediti  
 namq. tot, tātisq. catenis quaestionum,  
 se nullo modo ex vno loco eximere pos-  
 sunt. quod si quem cupiditas tanta pre-  
 mit intelligendi cuius Categoriae vox  
 sit, hoc est ad quod genus summum re-  
 feratur, vnde expedite, quod proximū  
 est, poterit elici, quando praefati su-  
 mus, illud alieno loco fieri, dicemus

vocem, qua ex animo proficiscitur, ad actionis Categoriam pertinere, qua in aere recipitur, ad passionem referendam. quod autem ad pronunciationem spectat, qua ex parte contēditur, aut remittitur, quod est Harmonicae, aut celerius, et tardius profertur, quod est Rhythmicae, ad quantitatem reuocandam, quatenus postremo sigillum est proprium alicuius notionis, vt hic consideratur, cum symbolum illam nominet Aristot. in censu quartae speciei qualitatis locandam. atq. haec est de genere summo vocis omnium prope interpretum in Categor. explanatione sententia. quam cum memoria repeto, miror, qui possit constare locus ille Ammonij, qui illam hoc loco ad quantitatem refert. librarij tamen erratum puto, qui lapsus facilius est, vt alibi a me obseruatus in libris vulgatis Graece horum interpretum, vt  $\omega\sigma\tau\omicron\mu$  pro  $\pi\omicron\iota\omicron\upsilon$  nomine, id est quantitatis pro qualitate irrepsit.



## DE RECTE CONFIC.

repperit. sed de voce nimis multa addunt interpretes, cur item contradictionis nulla facta in hac propositione mentio. hanc dubitationem vere dissoluunt, propterea praetermissam, quia partibus illius commemoratis, hoc est affirmatione, & negatione, facile percipi poterat. Dices: qui cum Arist. in Categorijs disputauerit de simplicibus dictionibus, cuiusmodi sunt nomina, & verba, hoc loco iterum de his differit, quasi videatur superuacanea haec opera. hunc nodum sic expediunt interpretes, ibi disputari de dictionibus simplicibus per se, quatenus scilicet quaeque aliquid significet, hoc autem loco non ea ratione, sed qua partes sunt enunciationis, itaque ibi nec nominis, neque verbi vocabulis usus est. hoc autem loco nomen appellat dictionem eam, quae declarat id, quod subiicitur in enunciatione, ut verbum eam, quae significat reliquam partem, quae de subiecto effertur. quaerunt illud praeterea interpretes, cur cum tot partes orationis sint, nominis tantum, & verbi mem-

nerit

merit Arist. huic item quaestioni vere factis faciunt: quia ex nomine tantum, et verbo potest enunciatio perfecta confici: ut Socrates disputat. ex reliquis vero partibus, quot velis copulato, nunquam enunciationem confeceris. quaeret quisquam cuius vi erunt reliquae partes orationis. de pronomine nulla controversia. adhibetur enim loco nominis, quod satis vocabulum ipsum declarat. De participio dicendum, illud nominis locum obtinere, cum pro subiecto ponitur: ut currens mouetur, quod Graece melius addito articulo exprimitur ὁ τρέχων κινείται, at eum locum attributione occupat, pro verbo ponitur: ut Plato est currens, perinde est ac si dicas Plato currit. Reliquae non magis partes orationis sunt, quam nauium aplustria, ut inquit Apuleius, & hominum pili, aut certe in vniuersa compage orationis, ut idem loquitur, vice clauorum, & picis & glutinis deputanda. quam posterio-rem explanationem, & sententiam sequuntur omnes, qui hunc librum Arist.



DE RECTE CONFIC.

interpretantur. Itaq. Dionys. Halicarn.  
 in lib. de nominum compositione ab  
 Arist. Theodeſte, & ceteris eius aetatis  
 philosophis tradit non plures, quã tres  
 orationis partes constitutas esse, tertiã  
 que earum ab illis *συνηθεμον* quasi liga-  
 men reliquarum nominari. posteaq. a  
 Stoicis ceteras partes sepositas fuisse,  
 Varr. tamen l. 7. de Lin. Lat. duas tantũ  
 partes orationis ab Arist. dicit numera-  
 ri, vocabula, scilicet (sic enim ille nomi-  
 na appellat) & verba. quanquam Gram-  
 matici diligentius, & distinctius partes  
 illas separarunt. etenim Stoici, vt admo-  
 net Priscianus lib. xj. pronomina sub  
 articulis finitis collocarunt, & partici-  
 pia, quod semper deriuata sint, nec vn-  
 quam in prima positione inueniantur,  
 recte, vt idem ait, in partib. orationis  
 non esse numeranda, censuerunt. Obij-  
 cit Priscianus superiori similitudini eã  
 non esse plenam, neq. rectam, qua clauis  
 & pici comparantur praepositiones, ar-  
 ticuli, & reliquae partes, vt nomina, &  
 verba tabulis. primo quia non sunt ex

ad eam materia pix, clavi, stuppa, ex qua  
 abulae, nomina deinde posse poni lo-  
 co aduerbiorum, & vicissim, tabulas au-  
 tem nec munere cerae, neq. picis, aut  
 contra fungi posse, & ad extremum i-  
 to pacto neq. nervos partium locum in  
 corpore habituros, cum ligandis reli-  
 quis corporis mēbris a natura facti sint.  
 quod per absurdum ait videri, multoq.  
 melius illos existimasse, qui nomen, &  
 verbum principales, & egregias partes  
 esse dicunt, alias autem ijs appendices.  
 Priscian. quidem in hac sententia vide-  
 tur priorem illam similitudinem Apu-  
 lii magis approbare de aplustrib. nauis  
 m, & hominum pilis. quanquam neq.  
 posterior longe a veritate videtur ab-  
 horrere, sed eodem prope revolui. neq.  
 pro illa, quae obijciuntur a Prisciano  
 ut omnino certa. nā & clavi possunt ex  
 eadē materia, hoc est ex ligno cōfici, &  
 sic locū clavorū explerēt. illa quoq. ner-  
 vorū similitudo parū firma est. etenim si  
 eruose corpore eximas, illud cōsistere  
 nō poterit, reliquae vero partes praeter-



DE RECTE CONFIC.

nomen, & verbum, si de oratione detrahantur, vt accurate docet Apollonius in libris de Syntaxi, oratio perfecta cōstitit: quod idem de nomine, & verbo nullo modo potest asseuerari. itaq. vtraq. similitudo probabilis est: neq. in similitudine veritas exquisita requirenda. quanquam negare non possum posteriorem certiorē esse. illud tamen miror hoc loco Dionysio Halicarn. nō venisse in mentem locum illum Poeticorum Arist. in quo manifesto in partibus orationis segregat articulos a conjunctionibus. fortasse nondum inciderat in eum librum Arist. cum paucis etiam philosophis scribat M. Tullius in Topic. libros Arist. eo saeculo notos fuisse neq. mirum: cum a L. Sylla fuerint primum in hanc lucem reuocati. nā quod non existimasset eum lib. germanum Arist. esse, nunquam in animum meum inducam: cum Rhetoricos libros Arist. ipse legisset, vt liquet ex epistola illius ad Ammaeum, in illisq. aliquot locis notis Arist. ad illam Poeticorum disputationem

nem reiiciat, eamq. inibi tāquam neces-  
 sariam Rhetoricis intelligendis postu-  
 let. Ammon. certe, Simplic. & Boethius,  
 Hermias in Phaedrum Platonis, & alij  
 foetum geminū illum esse Arist. agnos-  
 cunt. dices haec ipsa, quae nuper attuli-  
 sti, plus sollicitudinis nobis afferunt. in  
 Poeticis namq. praeter nomina, & ver-  
 ba recenset Arist. articulos separatim,  
 & coniunctiones, atq. casus nominum,  
 & verborum. recenset ille quidem: hoc  
 tamen loco tantum quaerit Arist. par-  
 tes enunciationis, quae non possunt ef-  
 se nisi nomina, aut verba, aut quae pro  
 illis in oratione vsurpantur, vt pronomi-  
 na, & participia. at in Poeticis cum di-  
 ctionem totam Poetarum exquirat, nō  
 nomina solum, & verba, sed articulos, cō-  
 iunctiones, quin & litteras, & syllabas,  
 & quod est magis mirandum, ipsam o-  
 rationem in partib. τῆσ λέξεωσ id est lo-  
 cutionis numerat: quam in libb. de Hi-  
 stor. Animal. διέλεκτοσ etiam appellat.  
 in Poeticis itaq. non de partib. oratio-  
 nis, multo vero minus enūciationis dis-



putat, vt hoc loco, sed de partibus vni-  
 uersi sermonis . Existit hoc loco quae-  
 stio de aduerbijs, ad quam partem ora-  
 tionis reuocentur. Alexand. censuit ad  
 nomina referenda esse. in eadem senten-  
 tia est Boethius, qui interiectiones quo-  
 que ad illa retulit. Ammonius refellit  
 sententiam Alexandri, sed argumentis  
 plane infirmis, quaeq. videntur ab inui-  
 dia profecta, qua videntur flagrare o-  
 mnes isti, qui ex schola Platoniorum pro-  
 fecti sunt, contra Alexand. qui se vindi-  
 cem egregium disciplinae Aristoteli-  
 cae semper praestitit. sed ne verbis tan-  
 tum contendere videamur, quis potest  
 negare aduerbia, quae vocant Gramma-  
 tici qualitatis ad nomina reuocari de-  
 bere? Idem enim valet. huc docte dispu-  
 tat, ac si dicas, huius disputatio docta  
 est. hac ratione docuimus nos in prae-  
 fatione nostra posterioris editionis Epi-  
 thetorum M. Tullij, qui maior epithet-  
 totum copia nobis suppetere posset, vt  
 vicissim aduerbiorum ex epithetis. neq.  
 vero existimandum est Alexandrum de  
 quouis

quouis genere adverbiorum ita sensif-  
 se. Dices: quid igitur iudicandum de tā  
 ta varietate adverbiorum, quā tam hoc  
 capite recenset Ammon. respondebo  
 ex significatione cuiusq. illud petendū  
 esse. nam si quis illud efferat ego, & tu  
 vna profecti sum<sup>9</sup>, habet illud adverbium  
 vna apertā vim cōiūctionis: quasi dica-  
 mus ego profectus sum, & tu mecū pro-  
 fectus es. alia adverbia in enunciatione  
 nō adhibētur: vt vtinā venias. In quo  
 latet quoq. vis nominis, quasi dicamus,  
 tu<sup>9</sup> aduētus est nobis in votis. illud cer-  
 ti<sup>9</sup>, quod docēt Apollō. & Prisciā. illud i-  
 dē valete, atq. verbū q. d. optāmus te ve-  
 nire. De interiectionibus non assentior  
 Boethio. nam cum sunt vere interiectio-  
 nes, quo modo passim illis vtuntur Tra-  
 gici, & Demetrius in lib. de Elocutio-  
 ne illas ab histrionibus interponi sole-  
 re docet, vt cursum orationis interrump-  
 pant, non videntur nomina esse, neque  
 partes orationis, sed notae tātum quae  
 dam naturales animi affectuum, vt su-  
 spirij, gemitus. quod si casum aliquem



DE RECTE CONFIC.

postulent, tunc ad aduerbia, vt Graeci Grammatici volunt, apposite referuntur. Sed quid de praepositionib. cēsendum. Dicam, si attente considerentur, coniunctorū vim plerasq. habere: vt

” mecum profectus est, idem efficit, ac si

” dicas ille, & ego profecti sumus. quin & cum componuntur, videntur saepe

” aduerbiorum loco poni: vt praepotēs, id est potens ita, vt antecellat. Sed quoniam cetera persecutus es, quid de articulis existimandū censes? articuli Graeci, qui nominib. & alijs partib. declinatis praeponuntur, subiectum indicant in pronuntiatis: his Latini carent. nostris vsui in eadem re illi, lo, la, vt ὁ ἀνδρῶν ἰσχυρῶν & ἰσχυρῶν: aliquando tamen loco

” prouocabuli illius omnis adhibentur vt inquit Arist. ultimo cap. huius libri illi etiam, qui posponuntur, idem in subiecto efficiunt, atq. omnis: vt qui ambulat, mouetur, hoc est, quisquis ambulat, aut omnis, qui ambulat, mouetur. vsui quoq. hi sunt duab. orationib. copulandis: vt is, de quo ad te scripsi, ad me

me venit, duas orationes significat, nempe is ad me venit, atq. de eo ad te scripsi. Ac, vt vno verbo omnia complectar, significatio cuiusq. vocabuli docebit, ad quam partem orationis referendum sit. Philosopho vero satis illud est ex nomine tantum, & verbo enunciationes componi posse, neq. sine illis vlla ratione posse constare. Sed quid sequitur? Ac sunt ea, quae sunt in voce, earum, quae sunt in anima passionum, notae, & ea, quae scribuntur, eorū quae sunt in voce. Absoluta propositione persequitur Arist. vt supra docuimus, ex eiusdem praeceptis lib. i. Topic. similitudines, & differentias, quib. possit facile elicere genus, & differentias nominis, verbi, orationis, & enunciationis ad singula definienda. cur igitur primū non dixit sunt voces, sed sunt ea, quae sunt in voce? quia vox est naturalis, vt apparet in ceteris animalib. hoc autem loco disputamus de sermone nostro, qui absoluitur nominib. & verbis: quae non sunt voces praecise, sed, vt supra



## DE RECTE CONFIC.

docuimus, in voce tanquam in materia  
nota quadam significatae. quare ea  
quae sunt in voce idem efficit, quod  
nomina, ac verba, & reliqua eiusmodi,  
quae sunt in voce tanquam in materia  
cōsignata. Quod si premas angustius,  
qui fiunt hae notae. Dicam, licet transi-  
liam tantisper terminos Logicae, a pul-  
monib. materiam, id est vocem suppe-  
ditari illorum agitatione per asperam  
arteriam: quod est commune cum alijs  
animalib. sed in nobis ab animo linguā,  
labia, palatum, dentes varie commoue-  
ri ad singula elementa litterarum varie  
exprimenda, vt nos in nostra Gramma-  
tistica Graeca docemus, indeq. haec o-  
mnia varie conformari. Pergam<sup>9</sup> porro.  
Earum quae sunt in anima passionū.  
Hac periphraſi declarat sensus animi  
nostri, sed cur illos non vno verbo, sed  
periphraſi expreſſit? expediā breui, ne  
me in disputationem de Anima immit-  
tam, vt auctoritatē suae orationi com-  
patet, vt ipse tradit lib. 3. Rhetoricc. fie-  
ri debere. quod si iterum requiras, cur  
pas.

passionibus animae appellentur, dicam  
 quam planissime, ut in Categorijs didi-  
 cimus, nihil aliud esse pati, quã id, quod  
 subiectum est, aliquam qualitatem acci-  
 pere: ut constat ex exemplis ibi propo-  
 sitis. ita cum inciditur lignum, quod e-  
 rat vnum ex illis exemplis, accipit ima-  
 ginem statuae, sic in animo nostro cum  
 ex eo, quod sensu accipimus, imprimi-  
 tur imago eius rei, quam videmus, aut  
 alio sensu percipimus, dicimus animũ  
 nostrum pati, cum recipit illud ex sen-  
 su rei simulacrum. merito igitur illa no-  
 tio vocatur passio, aut quod Graece A-  
 rist. ἐμφατικώτερον usurpat, πάθημα, aut  
 πάθος. est autẽ illud simulacrum, quod  
 ex illa passione relinquitur. Urgebis: i-  
 sto pacto satis erat dicere passiones a-  
 nimae, neq. necesse erat addere, quae  
 sunt in anima. Non est ita, ut dicis. Nã  
 ira, dolor, & ceterae animi perturbatio-  
 nes sunt illae quidem, & nominantur  
 animae passiones, cõmunes tamen cor-  
 poris, & animae, non animi propriae.  
 at notiones non sunt corporis, sed in a-  
 nima



DE RECTE CONFIC.

nima tantum fiunt. neq. vero te illud of-  
fendat, ipsum intelligere pati appellati.  
Credo enim te memoria tenere in Ca-  
tegorijs duo genera patiēdi a nobis no-  
tata fuisse: vnum, quod fit corruptione  
rei subiectae. indicatum illo exemplo  
» vri, alterum quod fit cum perfectione  
rei subiectae notatum altero exemplo  
» secari. arbores enim, cum putantur, se-  
cantur, & perficiuntur, & quod huic in-  
stituto est congruentius, materies, & li-  
gnum, cum caeditur, aut secatur, vt fiat  
statua, perficitur. ita animus noster in-  
telligendo, hoc est patiēdo, & recipiē-  
dis eiusmodi simulacris perficitur. sequi-  
» tur post notae. ita M. Tullius conuer-  
tit Latine in Topicis τὸ σύμβολον. egre-  
gie vero. nam vt notae, vt in re militari  
tesseræ, & signa non eadem apud o-  
mnes gentes, sic nec vocabula. alio nāq.  
» nomine hominem Romani appellant,  
alio Gæeci, alio Hebraei, alio aliae gen-  
tes. et quemadmodum in bello tesseris,  
& signis quisq. miles nouit, cuius dicto-  
imperio audiens esse debeat, cuius du-  
cis

cis sectam sequi, & quemadmodum in re pastoricia ex notis singulae oves cuius gregis, & quem arietem sectarium sequi debeant, intelligunt pastores, sic ex proprijs cuiusq. linguae verbis quisq. res illis subiectas intelligit. Differt autē signum a simulacro, cuius proxime fiet mentio. quia signum, cum plane voluntarium sit, potest mille modis mutari: ut signum imperij, semel in praetorijs castris, bis in consularibus caneret, & aut buccina, aut cornu, aut alio instrumento indiceretur. Simulacrum vero, cum rem ipsam simulare debeat, si perfectū futurum sit, vix potest esse nisi vnicum, & singulare. itaq. simulacrum propius accedit ad ea, quae naturalia sunt. signū vero magis est voluntarium. neq. vero quispiam sibi persuadeat, cum dicuntur nomina voluntaria, id ita accipiendum quasi liceat cuiuis, quo nomine velit, in quaq. re uti. quo modo Diodorus, ut observat Simplic. in Categorr. seruum suum appellabat nomine coniunctionis Graece ἄλλὰ μὴ, id est atqui, ut ir



DE RECTE CONFIC.

rideret eos philosophos, qui natura nomina significare arbitrabantur. Aristoteles, quo magistro Peripatetici philosophari didicerunt, verborum proprietatem magno studio sectatur. Ita lib. 4. de Sapientia, in quo tot nominum homonymias Arist. aperit, non contentus significationum varietate, quam affert, docet, ut singulae ad principem reuocentur. In Topicis quoq. cum disputat de distinctione ambigui, non solum explicari vult, quot significationibus vnū quodq. nomen vsurpetur, verum etiam illud obseruari, ut ratio cuiusq. significationis reddatur. Declarant item hoc ipsum tot argumēta, quibus solet Arist. argumento ab Etymologia suam sententiam confirmare. In libb. praeterea de Ortu animal. approbat valde illud generum variorum institutum, virilis scilicet muliebris, & neutri, quo nomina diiudicantur. Postremo quam caute Arist. noua nomina imponit. etenim si vnū, & simplex nomen noue vsurpat per metaphoram, illud adhibet ita, vt

ex


ex significatione propria, & usitata simi-  
 litudinem ducat: vt in nomine termini  
 Graeco in Analyticis, si deriuatum per  
 Analogiam aliorum ab eo, quod usita-  
 tum est illud repetat: vt in Categorr.  
 quemadmodum ἀπὸ τῆς πῆρξ πῆρω τὸν,  
 sic ἀπὸ τῆς πῆρξ ἀλίσ πῆρξ αλιω τὸν com-  
 mode fingi posse docet, quod si con-  
 iunctum sit, componit illud ex nomi-  
 nibus quotidianae consuetudinis: vt  
 ἐντελεχείαις nomē vsurpat in forma ἀπὸ  
 τῆς ἐντελεχῆς, & ἔχει: quod tunc quaeq. res  
 suam perfectionem habeat, cum formā  
 suā nacta est. Tādē si periphrasim loco  
 nominis noui vsurpat, singula verba il-  
 lius ex usitata, & propria sermonis con-  
 suetudine repetit: vt apparet in nomi-  
 ne infinito, & verbo item infinito, cum  
 Graece illa appellat. neq. vero ex altera  
 parte existimandum est, ita nomina  
 significare natura, vt gestib. naturalib.  
 variam pronominum significationem  
 Stoici exprimebant. quos facete, & vere  
 irridet Galen. in libb. de Decrett. Hip.  
 & Plato. quae tamen sententia fuit  
 P. quoq.



DE RECTE CONFIC.

P. quoq. Nigidij Romani eruditissimi  
 vt docet A. Gellius nec mirū: fuit enim  
 egregius Pythagoricus, vt M. Tullius de-  
 cet in lib. de Vniuersitate. Pythagorici  
 autem immēsum quantum naturae tri-  
 buebant. neq. etiam tantum in vſu no-  
 minum naturae concedendum, vt ra-  
 tionem variae ſyntaxis in verbis ex na-  
 tura depromamus. quod faciūt aliquā-  
 do Apollonius Dyſcolus, & Iohan. Ἰω-  
 ἄννης γλωσσῶν, aut τῶν γλωσσῶν. neq. postremo  
 tantum tribuendum etymologiae, quā-  
 tum ſibi indulſerunt Plato, & Varro. nā  
 & Graeca, ex Poenis vna cum litteris a  
 Cadmo aduecta creduntur, quod & ori-  
 gines Hebraicae multorum nominum  
 ſatis aperte declarant, & Romanae poe-  
 ne omnia ex Graeco fonte, vt idem Var-  
 ro aſſerit, & alij veteres Grammatici e-  
 ditis de eo argumento libris docuerāt:  
 quod & nos illorum exemplo in noſtris  
 Grammatisticis Graecis conati ſumus.  
 noui quid pro Platone ex Proclo, & a-  
 lijs afferri poſſit. Varronis tamen ni-  
 mio ſuae linguae amor non peperciit.

Quintil. vir acerrimi iudicij. Sed nimum nostram disputationem prouent studium veritatis. patiamurque eius disputationem perfectam in cap. de Oratione differri: vbi Arist. hoc ipsum contra Platonem, vt videtur, disputat, ibique perpendenda argumenta Academicorum, quae Proclus colligit in scholijs ad Cratylum Platonis, & si quae alia eodem pertinent: vt illa quae A. Gellius ex Nigidij auctoritate commemorat. sed, vt ad Arist. reuertamur, quid exinde sequitur? ea quae scribuntur, eorum quae sunt in voce. Hic locus, vt plenius intelligatur, intelligenda hic est particula illa similitudinis, vt, quasi dicat, vt vocabulis scriptis declaramus ea, quae proferuntur, sic his, quae pronunciantur, sensus animi exponimus. positum autem illud quoque est in consuetudine sermonis Graeci, vt in particula copulatiua καὶ includatur etiam nota similitudinis, vt hoc vno exemplo eiusdem Arist. illustremus. Is igitur li. 4. de Sapietia sic loquitur καὶ ὁ ἰσχυρὸς λέγεται καὶ τὸ





DE RECTE CONFIC.

το' αἰτιον, quasi dicat ὡς καὶ το' αἰτιον. cuius loci haec est sententia ipsum quatenus pariter dicitur, atq. causa, id est tot modis dicitur, quot & causa. Sed cur dixit ea, quae scribuntur, & non litterae. forte ne nomē litterarū pro elementis acciperem<sup>9</sup>: quod pleriq. faciūt scriptores. nam proprie elementum, ut Grammatici veteres docent, dicitur in illis, quae proferuntur, litterae vero in ijs, quae scribuntur. ex hac prima similitudine perspicuum fit nomina, verba, & orationes voces esse significativas. ex ea vero, quae deinceps sequitur, liquebit voces esse, quae ex instituto significant. ea igitur talis est. & quemadmodum neq. litterae omnibus eadem, sic neq. voces eadem. Docet hac similitudine Aristo. significationem nominum, & verborum, atq. orationis non esse naturalem: propterea quod singulae gentes sua lingua, & characterib. litterarum proprijs utuntur, quae causa impulit quosdam, ut ait Varro lib. 8. de Ling. Lat. ut analogiam natura

turalem in verbis esse negarent: quan-  
 quam idem naturalem esse vult, decli-  
 nationem, quae fit in nominibus per  
 casus, & numeros, atq. illam, quae fit in  
 verbis per modos, & tempora: propte-  
 rea quod sui poene similis est in omni-  
 bus: at eam, quae fit in thematis, aut in  
 rectis, voluntariam esse arbitratur pro-  
 pter maiorem dissimilitudinem, & va-  
 rietatem, quae in illis inuenitur. Quod  
 ita accipiendum videtur, vtramque  
 quidem voluntariam esse, sed illam mi-  
 nus, quae casuum vario exitu, aut per-  
 sonarum perficitur. In hac similitudi-  
 ne non adhibet Aristo. periphraſes, vt  
 in superiore, sed singulis nominibus  
 voces, & litteras appellat, recenti  
 memoria superiorum periphraſeon cō-  
 tentus: ne videatur scrupulofior in his  
 iterandis, ac diffidere diligentiae stu-  
 dioſorum. In quo etiam ſuae dignitati  
 conſulit. illa nota ſic in omnib. exem-  
 plarib. Graecis, quae vidi, legitur, atque  
 in translatione veteri, praeterquam  
 in Aldina editione antiqua: quae  
 ſine



DE RECTE CONFIC.

sine commentarijs diuulgata est. Sed illud non magni interest, cum satis intelligatur, vel si nominatim non sit expressa. progrediamur ad orationē proximā.

» Quorum autē haec signa primo, haec  
 » omnib. passiones animae, & quorum  
 » haec simulacra, res iam haec.

In hoc loco dissentiunt explanatores veteres. etenim Herminus, qui antiquior est Alexandro legit hunc locum, ut ego illum interpretatus sum. Alexander tamen & reliqui legunt eadem pro haec. Ac vox quidem Graeca utroque modo reddi potest pro varia ratione accētus. nam si cum sono inflexo in poenultima legatur τα̃τα, valebit haec, si autem accentu acuto in vltima τ'ατ'α efficiet, eadem. Herminus igitur censet legi non posse eadē. quia haec esset mens Arist. eandem notionem significari singulis verbis. quod falsum esse ait propter nomina homonyma: quibus, qui audit, alio sensu accipit, atq. is, qui dicit. Itaque mauult legere haec, ut sit haec sententia horū verborum: vocib. signi-

C V R R I C V L O P H I L O S. 81  
significantur notiones, quae sunt rerū  
simulacra. Alexand. tamē legit eadē,  
velleq. Arist. inquit his verbis docere  
dissimilem esse condicionem rerum, &  
notionum, atq. vocum, & scripturarum.  
Illas siquidem easdem esse apud omnes  
gentes, has vero pro varijs gentib. va-  
rie commutari. Porphyrius, cum expla-  
nationem Alexand. comprobet, ita sa-  
tisfacit Hermino, posse facile eum, qui  
audit, reuocari ab eo, qui dicit ad eam  
notionē, qua is, qui dicit, illud accepit.  
D. Thomas acutius, & rectius respōdet  
Hermino easdem notiones appellari  
non ratione vocum, quib. significātur,  
sed rerum, quarum sunt imagines. qua  
ratione semper, & apud omnes gentes  
eadem erunt rerum notiones. in expli-  
catione Hermini illud video subabsur-  
dum, nullam habitam rationem illius  
aduerbij primo, in quo est vis determi-  
nationis, quae aliquid praescribit, cuius  
modi voces in Arist. obseruari perma-  
gni interest: cum tanta breuitate, & ser-  
monis proprietate vtatur. in eadem ta-



DE RECTE CŌNFIC.

men expositione illud perbelle cecidit  
 se videtur, vt confirmet egregie ea, que  
 deinceps sequuntur, & consentiat illis  
 quam appositissime. etenim Ari. re ipsa  
 in libris de Anima docet ipsum intelli  
 gere nihil aliud esse, quam pati, & notio  
 nes rerum esse simulacra, neq. lapidem  
 esse in animo nostro, sed eius tantum  
 speciem, & similitudinem. in expositio  
 ne vero Alexandri video maximam ha  
 bitam rationem aduerbij primo, vt  
 obseruat Boethius: nihil tamē ab Arist.  
 in libris de Anima de ea sententia exta  
 re, quod eadem sint apud omnes ho  
 mines rerum notiones. quod igitur re  
 medium in tantis tenebris? locus sane  
 ita explicandus, vt ratio reddatur a no  
 bis, cur additum sit aduerbium primo,  
 aut primorum nomen vt in V. T. scri  
 ptum reperitur (eodē enim reuoluitur)  
 & veritas eius, quod sequitur, conserue  
 tur, nec vllus locus reliquus sit dubita  
 tioni Hermi, neq. ceterorum. existimo  
 igitur Arist. hoc loco satisfacere ei, qui  
 posset requirere, cur eum vocib. res si  
 gnifi-

gnificentur, vt constat ex Categorijs, &  
 praesertim ex vltimis illarum proprieta-  
 tib. quae hoc sublato falsae plane esset,  
 Arist. hoc loco non res, sed animi pas-  
 siones declarari inquit, & quae sunt i-  
 tae animi passiones, quidq. de reb. si-  
 gnificatis sentiendum. his quaestionib.  
 respondet Arist. ordine in his verbis, ac  
 primum primae. quamuis res significen-  
 tur vocib. vt expositum est in Catego-  
 rijijs, significantur tamen interuentu ea-  
 rum passionum, quae fiunt in animo:  
 quas primo voces ipsae significant. ad-  
 id autem, quod deinceps quaerebatur,  
 quae sint animi passiones hoc loco re-  
 spondet breui rerum imagines esse, &  
 simulacra, quae anima nostra ex reb. i-  
 psis accipit: res autem, quod tertio quaere-  
 rebatur, vltimae sunt, quarum sunt ipsae  
 notiones similitudines. haec autem di-  
 stinctius in libb. de Anima traduntur.  
 quo loco exponetur, qui ipsum intelli-  
 gere nil aliud est, quam pati, atq. ita pa-  
 ti, vt mens nostra perficiatur recipien-  
 dis simulacris rerum perfectis. in hac ex-



DE RECTE CONFIC.

planatione nullus locus superest dubi-  
 tationi Hermini, neq. alteri, quā afferre  
 hoc loco Boethius ex Aspasio, aut ex  
 Alexādro Magentius. itaq. verius scri-  
 betur haec, quam eadem sed non pro-  
 pter eam tamen rationem, quam attu-  
 lit Herminus. posset aliquem hoc loco  
 torquere ille scrupulus non ex decretis  
 Peripateticorum, sed Stoicorum Ortus  
 qui, vt commemorat hic Ammon. me-  
 dium quoddam inuexerunt inter res, &  
 notiones, quod illi nominarunt λεκτόν,  
 quod D. Augustinus, & Fortunatianus  
 dicibile reddunt. ex his tamen scripto-  
 rib. & Laert. in Zenone videtur colligi  
 posse medium illud a Stoicis collocari  
 inter notiones, & voces, non inter no-  
 tiones, & res. etenim Laert. scribit dici-  
 bile esse, id quod fit ex phantasia ratio-  
 nali, phantasiaq. rationalem, nil aliud  
 esse, quam νόησις, id est notionē eius rei,  
 quam mente complexi sumus, ita dici-  
 bile interiectum erit inter notionem,  
 & dictionem. Fortunat. sic illud expli-  
 cat. Dicibile, inquit, est, & non est ver-  
 bum,

bum, sed quod intelligitur, & animo cō-  
 tinetur: hoc est verbum interius ani-  
 mae, quod cum profertur cum signifi-  
 catione illius notionis, vocatur dictio.  
 Sext. item Empiricus l. i. aduersus Ma-  
 thematicos λεκτὸν Stoicorum esse ait,  
 id quod significatur, id est notionē, quā  
 Crates, & Grammatici aliter illud  
 acciperent. itaq. videtur dicibile Stoi-  
 corum non esse tam medium vocis, &  
 notionis, quam notio ipsa recte perce-  
 pta, & comprehēsa, idq. ab illis tanquā  
 vocabulorum architectis nouo nomi-  
 ne appellari dicibile, vt nil videantur  
 aliud, vt in alijs multis, nisi nouorum no-  
 minum ostentationem appetisse. ac e-  
 nim Peripatetici quoq. mediū aliquod  
 inter notiones, & dictionem constitue-  
 unt, nimirum phantasmata. ea sunt si-  
 mulacra, quae ex re visa, aut sensu per-  
 cepta in animo relinquuntur, sed cum  
 purgata sunt a faece circumstantiarum,  
 & proprietatibus indiuiduorum, nil ali-  
 ud plane sunt, quam notiones ipsae.  
 Quoniam autem hoc est, adire pene-



DE RECTE CONFIC-

tralia librorum de Anima, quod non est huius loci, neque temporis, prudenter Arist. hanc disputationem in eum locum reseruandam esse monet his verbis. Ac de his quidem dictum in lib. de Anima: alterius namq. hoc est disputationis. Quam praeclare obseruat in his Arist. quod idem praeceperat lib. I. de Demonst. non licere de genere ad genus transire: quasi apertius dicitur reuelit ineptum esse terminos eius artis, quam quisq. profitetur, transilire quod institutum illius utinam imitaretur eius sectatores nostra aetate: non tot quaestiones alieno loco disputarentur. Sed ut ad Arist. redeamus, cum ipse paulo ante docuisset notiones esse animi passiones, nosq. tunc intelligere, cum animus poster similitudines rerum reciperet, quae disputatio propria est lib. de Anima, perspiceretq. nil ista ad demonstrationem conficiendam, qui scopus logicae est, pertinere, consulto in libros de Anima haec distulit, eandem rationem consilij imitatus Porphyri. in Prooemio

C. V. R. I. C. V. L. O. P. I. H. L. O. S. 84  
Prooemio suae Isagogae, cum cerne-  
ret, disputationem de ideis, & vniuersis  
alienam ab illo tempore, & loco esse, il-  
lam in libros de prima Philoſophia reie-  
cit, ac interim in ſcholis eo loco onerã-  
tur tyrones disputationibus obſcuriſſi-  
mis primae Philoſophiae, & librorum  
de Anima: vt curſum Philoſophiae pœ-  
ne a meta aſpiciantur. Sed vt ad id,  
quod inſtituimus, redeamus, Androni-  
cus Rhodius vndecimus ab Ariſt. Peri-  
pateticorum ſcholae praefectus, vt ſcri-  
bit Ammon, cum in libris de Anima nō  
poſſet inuenire, id, quod eo loco ſcribit  
hic Ariſt. ſe docuiſſe, perſuaſit ſibi, aut  
hunc librum non eſſe Ariſt. germanum,  
aut illos falſo Ariſt. aſcribi, cumq. exiſti-  
maret illos vere Ariſt. eſſe hunc librum  
negauit eſſe Ariſt. genuinum. copio-  
ſe tamen interpretes ſatisfaciunt huic  
dubitationi, multis citatis locis ex libris  
de Anima, in quibus aperte notiones  
nominantur paſſiones, & ipſum intel-  
ligere pati, atq. Phantafia, e qua mens  
elicit ſuas notiones, mens patibilis:



## DE RECTE CONFIC.

quae licet apud illos legere: nos ad res  
„ qua pergamus. Est autem quemadmo-  
„ dum in anima aliquando quidē notio,  
„ quae nec vera est, neque mentitur, ali-  
„ quando autem in qua necesse est alteru-  
„ trum horum inesse sic et in voce. hic  
doct Arist. dissimilitudinem quandam  
inter voces simplices, & orationes, aut  
potius enunciationes. Est autem talis  
vt in *topheseptica* docuimus, nullum voca-  
bulum simplex, neq. seorsum acceptum  
verum, aut falsum declarat, at vero si cū  
verbo modi indicatiui coniūgatur, verū  
aut falsum continuo significat: quemad-  
modum & notio rei simplicis, nec vera,  
neq. falsa per se est, adiuncta tamen no-  
tione verbi indicatiui verū, aut falsum  
statim declarat. ex ijs perspicuum fit A-  
rist. hic non disputare de ea veritate,  
qua res quaeq. est hoc ipsum quod est,  
de qua disputat lib. 9. de Sapiencia, neq.  
de illa, nisi eadem forte est, qua mens  
nostra percipit essentiā perfectam cui-  
usque rei, de qua item differit lib. 9. de  
Sapiencia, & lib. 3. de Anima, quam sim-  
lem

le esse inquit tactui, quasi res manu te-  
 neatur, in qua nullus locus mendacio:  
 multo vero minus differit hoc loco de  
 illa veritate, quae omnium caput est, &  
 eminentissima hoc est de Deo Op. Max.  
 sed de ea solum veritate, & mendacio,  
 quae homines proferunt, cum pronun-  
 ciant hoc ita, aut aliter esse. Itaq. nullus  
 iam locus relinquitur illis turbis, quas  
 dant hoc loco interpretes suis dubi-  
 tationibus: multo vero minus mole-  
 stiae illae exhibere debent, quas, vel qui  
 primoribus labris Grammaticam gusta-  
 rit, ad exitum nullo negotio adducet,  
 de verbis scilicet primae, & secundae  
 personae, atq. illis tertiae, in quib' neces-  
 sario intelligitur aliquod nomē, vt in ver-  
 bis gradinat, ningit. Quae nouit quiuis  
 de triuio Grammaticus non esse simpli-  
 cia verba, sed composita: vt disputo idē  
 efficit, atq. ego disputo. Hoc autem lo-  
 cō illud animaduertēdum est, cum dici-  
 mus si verbo indicantis modi nomen ad-  
 iungatur, orationē futuram veram, aut  
 falsam, illud accipiendum esse de nomi-  
 ne.



DE RECTE CONFIC.


ne proprie dicto, hoc est recti casus: nā  
 In obliquis si dixeris Socratis est, non  
 dum vera, neq. falsa oratio, nisi aliquid  
 addas, vt, haec imago. Sed age subiūga  
 mus reliqua verba contextus. Nā cir  
 ca compositionem, & diuisionem est  
 mendacium, & veritas. mens huius lo  
 ei haec est, neque veritatem, neq. men  
 dacium, de quib. hic disputamus in vna  
 notione, aut dictione simplici cerni, sed  
 in multarum compositione. neque vero  
 quavis compositione verum, aut falsum  
 notari ait: esset enim id falsum in alijs  
 modis, vt imperandi, & optandi, sed si  
 ne compositione aliqua dictionum, ve  
 rum, aut falsum constare non posse. Di  
 ces, nonne satis erat compositionem  
 nominasse, cur addidit diuisionem? re  
 quidem ipsa superuacanea est illa diui  
 sionis adiunctio: cum omnis enūciatio,  
 sius aiat, siue neget cōpositione dictio  
 num perficiatur. Sed quoniam hoc lib.  
 instituit Arist. rationem potissimum a  
 firmandi, & negandi docere, voluit hoc  
 primo aditu dilucere, aliud esse affir  
 mar

mare, aliud negare, diuersisq. nominib<sup>9</sup>, maximeque congruentibus, illa notare. Quod enim negationi aptius nomē diuisione? negatione siquidē diuidimus, id est separamus attributum a subiecto: vt cum dicimus homo non est lapis, diuidimus lapidem esse, & ab homine abducim<sup>9</sup>. Clausulā huius cap. videamus. Ac nomina quidem, & verba videntur similia ei notioni, quae sine compositione, & diuisione fit: vt homo, aut album, cum additum nil fuerit. neq. enim mendaciū, neq. veritas adhuc. hic locus est facilis, & fere explicatus iā: singula nepe vocabula similia esse simplicib. notionib. quae nec verum, neq. falsum pronūciant. tantū illud hoc loco obseruandū, quod interpres annotāt, illud album positū esse loco verbi. nam & verbi nomen praeter alias significationes, attributum quoq. declarat, vt exponetur cap. de verbo. itaq. ipsum nomen hominis pro subiecto hic vsurpatur, & illud albi pro verbo, aut attributo, quasi enūciatio illa sit, homo est albus. neq. mirū nomine



DE RECTE CONFIC.

nomine verbi attributum indicari. quia  
in omni enunciatione, aut verbū est at-  
tributum, vt homo valet, aut nomen  
adiunctum verbo, quod idem significat,  
vt homo est sanus, idē plane significat  
atq. homo valet. haec autem tantū qua-  
deinceps sequūtur reliqua sunt in hoc  
capite. signum autem huius est, etenim  
hircoeruus significat quidē aliquid, no-  
dum tamen verum aliquid, aut menda-  
cium, nisi ipsum esse, aut non esse appo-  
situm sit, aut simpliciter, aut secundum  
tempus. probat hoc loco Arist. nullam  
dictionem per se acceptam verum, aut  
falsum declarare, nisi adiungatur verbo  
modi indicādi, idq. duob' argumētis To-  
picis, quae ipse vocat epischeremata, et  
que latent in nomine hircoerui. Topi-  
ca quidem sunt argumenta, quia pro-  
babilia sunt: vocantur autem Topica,  
quia nituntur τοῖς τόποις, id est locis  
(sic enim prisca Peripatetici nominant  
sedes illas maximas Epischerematum)  
qualis haec. 2. Topp. si cui magis vide-  
tur conuenire, non conuenit, nec cui m-



nus videtur conuenire, conueniet. hoc  
 posito loco sic argumēta persequeris.  
 atqui huic nomini hircoceruus, tum  
 quia dictio cōposita est, tum quia signi-  
 ficat rem, quae plane non est, conueni-  
 re videtur magis significare falsum, aut  
 verū. at neutrum illi competit: nulla igi-  
 tur dictio per se accepta verum, aut fal-  
 sum declarabit. Sed si adiuixeris nomi-  
 ni verbum modi indicantis, quod in-  
 nuit verbo esse, aut non esse, tunc verū,  
 aut falsum significabit: vt hircoceruus  
 est, erit falsa pronuntiatio, hircoceruus  
 non est vera. Vnus restat solum scrupu-  
 lus, qui nobis molestiam possit exhibe-  
 re, quid valeant illa verba extremo loco  
 proposita simpliciter, aut secundum tē-  
 pus. Tres expositiones horum verborū  
 offert Boethius, eadem leguntur in  
 scholijs Magentini, si attente, & emen-  
 lato loco legantur. nam in editione il-  
 lorum Graeca Aldi videtur aliquod ver-  
 bum deesse. Ammon. & Psellus in para-  
 phrasi sequuntur tertiam expositionē  
 boethij: D, tamen Thomas, & Roisius  
 Arabs



DE RECTE CONFIC.

Arabs, atq. illius scholiastes Leui Gersonides secundam, vt cetetis potiore e-  
 legerūt. recte vero: quia quadrat magis  
 hui<sup>9</sup> lib. instituto. est autē illa explicatio  
 „ huiusmodi. illa dictione simpliciter praesens  
 tempus notari, illis vero secundū tempus  
 „ reliqua tempora, praeteritū nimirū,  
 & futurū. Qua temporum distinctione  
 vtetur Arist. saepe in ijs, quae sequun-  
 tur, vt cap. de verbo nominabit verbū  
 praecise illud, quod est praesentis tempo-  
 ris, casus vero verbi illa verba, quae sūt  
 praeteriti temporis, aut futuri, & secunda  
 sectione cum docebit, qui partes cōtra-  
 dictionis verum, & falsum discernunt,  
 tradet in enunciationib. praesentis, &  
 praeteriti temporis semper alterutra par-  
 te certo verum, aut falsum diiudicari,  
 in illis vero, quae sunt temporis conse-  
 quentis, non semper certum esse vtra  
 pars vera sit, aut vtra falsa. Requiritur  
 praesens consignetur illo simpli-  
 citer, praeteritum vero, & futurum illis  
 „ secundum tempus. Boethius respondet  
 huic quaestioni vere, id ita factū fuisse  
 propter

propterea quod tempora proprie sunt  
 praeteritum, & futurum, praesens vero,  
 & quod instat, non est proprie tempus,  
 ut constabit ex Physicis, sed finis potius  
 praeteriti, & initiū futuri. quaeres pre-  
 terea, qua significatione ipsum simpli-  
 citer hoc loco vsurpetur. respondebo  
 paucis, ne ceteris significationibus cō-  
 memorandis molestus sim, usum Arist.  
 hoc loco ea qua, & ipse, & alij scripto-  
 res passim vtūtur: vt ipsum simpliciter  
 significet sine vlla adiunctione quasi di-  
 cat praesens declarat tantum esse, aut  
 non esse sine vlla adiunctione praete-  
 riti temporis, aut futuri. sic & Porphy-  
 rius in Isagoga cū differētias maxime  
 proprias appellasset, cū adiūctione dif-  
 ferētias specificas, ceteras differētias cē-  
 dit differētias simpliciter nominādas,  
 hoc est sine adiūctione τοῦ specificarū.  
 haec est explanatio huius cap. Arist. in  
 qua nostrae prolixitati ignoscēdū vide-  
 tur. neq. enim aliter fieri potuit, vt quā  
 rationē optimam censemus explanan-  
 di Arist. accurate monstraremus. Illud  
 tamen



## DE RECTE CONFIC.

tamen vehementer dolendum est, non  
 satis superque nobis esse *επιθεωρηται*  
 ad artis intelligentiam, sed addendā e-  
 tiam verborum Arist. interpretationē.  
 Cui, cum addicti sumus, non tam philo-  
 sophorum, quam Grammaticorum mu-  
 nere fungi videmur. Itaq. nunquam ad  
 exitum philosophiae peruenire possu-  
 mus. neq. munus vllū periculosius in  
 dijs litterarum, quam sententiam alie-  
 rius explanare. nam etsi Panaetius phi-  
 losophus; vt apud Athenaeū legimus,  
 nobilissimum illum Grammaticum Ar-  
 starchum propter eiusmodi facultatē  
 interpretandi poetas, & alios; eiusmodi  
 scriptores vatem honeste, & cum illius  
 dignitate nominavit, tamen totū hoc  
 munus vatis videtur esse, & quidem  
 plenum maximi periculi est, quid aliud  
 voluerit, quae mens illius fuerit, diuin-  
 re. Quam multa deuoranda, dum illud  
 consecretamur. Scrutari primum mentem  
 scriptoris oportet, atq. vt consentiat  
 superioribus, & consequentibus, & nun-  
 ex sua ipsi<sup>o</sup>, an ex alterius sentētia illud  
 perfe

persequatur, & contextus sanus ne sit, an vitiosus, & ut certius id praestare possimus, consulendi explanatores. Vbi quantum molestiae subeundū in tot, tamq. dissentientib. saepe interpretum explanationib. quin & in ipsis editionibus interpretū etiam Graecis, & Aldinis, ut in hoc ipso cap. in editione Graeca Aldina Ammonij mendū illud insigne refedit δι' ἀυξήσεως, id est per incrementum pro διὰ ξύσεως, hoc est per ductum, aut descriptionem litterarum & alterum in eodem, cum loquitur de Andronico, vbi scriptum οὐπω, id est nondum pro ὄπου quod valet vbi: Atq. in Magentini scholijs in hoc ipso cap. cū enumerat significationes τῆς θέσεως, siue positionis mendum illud cubat ad uerbium τοπωδου, id est loci: vbi rescribendū plane θετικου, hoc est positionis quod Grammatici Graeci docent, quantum ab altero differat, ut licet perspicere in nostris institutionibus Grammaticae Graecae. Quod si dicas omnia iam ex Graeco in Latinum sermonem con-



DE RECTE CONFIC.

uerfa esse: fateor illud quidē, sed ita pro-  
dolor, vt peruerfa potius plura in mul-  
tis ſernantur: quae ſentient, qui Grae-  
ca exemplaria cum vulgatis tralationi-  
bus ſtudioſe contulerint. quod ſi quiſ-  
piam dixerit in explanatorib. Latinis o-  
mnia eſſe recta, nihil deprauatum, nec  
iſtud quidem verum. quid enim magis  
deprauatum, ne ab hoc cap. abeam, quā  
ille locus, in quo Boethius adducit argu-  
menta, quib. Porphyrius refellebat Ale-  
xandri expoſitionem illorum verborū,  
» & ea quae ſcribuntur eorum, quae ſunt  
» in voce? ſic enim legitur in editione Ba-  
» ſilienſi Henrici Petri primo quidē quod  
» ad ſimplicem ſenſum nil addi oportet,  
» deinde quod tam breuis ordo tanquā  
» neceſſaria orationis non eſt interciden-  
» da partitiō. In his verbis argumētū pri-  
» mum clarum eſt, ſecundum licet intelli-  
» gatur aliquo modo, uix tamen ex loco  
» mendoso poteſt extricari. perierūt pra-  
» terea commentarij Porphyrij: e quibus  
» reſtitui poterat. ſuſpicabar aliquando  
» illud nomen ordo ex margine, vbi an-  
» nota

notatum erat loco artificij, in contextum irrepsisse, atq. ita posse locum constare: quasi diceret, tam brevis orationis non esse necessario intercidendam partitionem. Qui n & in libb. vulgatis aliorum obseruavi eiusmodi menda vt lib. 2. Comment. de Cael. D. Thomae lect. 17. in editione Paris. saltim magna est lacuna. in qua legebatur sententia Ptolemaei, qua suis eccentricis tuebatur motum, quo planetae videntur secundum altitudinem moueri, vt propius a nobis, aut longius absint: vbi etiam mendose editum appagiri pro apogaei. sed haec minutatim recensere infinitum esset. vtina tot viri eruditissimi, quos haec aetas extulit, vt in Poetis, Historicis, & Oratorib. emendandis omnem operam collocarunt, atq. etiam in Theologis praeiudicis, atq. iurisperitis, & medicis, ita suum studium ad Philosophorum scripta, & reliquarum artium contulissent. vnum Celsorini libellum, qui mihi tam philosophicus, quam philologicus videtur, cum appendice nescio cuius legi Lurctiae e-



DE RECTE CONFIC.

ditum opera Carrionis, & Apuleij lib. Perihermenias, atq. alios studio Colui diuulgatos. in quib. video multa adhuc desiderari, vt in illis Martiani Capellae de septem artib. & in Orbe disciplinarum Casiodori, atq. in alijs, sed ab his fortasse tenebrae per viros doctos depulsae, quae ad manus nostrae temporū iniuria non peruenerunt. Illud vehemēter pertimesco, ne Graeci Arist. expla- natores, Arabes item, & Latini hac luce, & ornamento haecenus careant. Quid autem fiet miseris illis, qui cum vix pri- moribus labris Grammaticam gustaf- sent, ad philosophos transierunt, & tri- ennio eius decursus confecto in Docto- rum collegium cooptati de superiori lo- co philosophiam docent. hi cum inci- dent in tot locos antiquitatis eruditae, quid facient? ne verbum quidem intelli- gent. vt cum Ammonius hoc cap. dis- putat de aduerbijs, quo loco sint, & in quibus orationis partib. censenda, quae multa eorum genera enumerat, vulge- istorum hominū ignota: qualia illa sunt

enthu

enthusiastica, quorum ne nomen quidē  
 vnquam istis auditum: vt euoe, euab. in  
 quib. tantum perplexitatis, vt constat  
 ex Harpocrate, Etymologico, Eu-  
 stathio, & alijs. Boethius itē hoc cap. cū  
 scribit de formula litterae, a, atramēto,  
 vel graphio scribi, quis plane illud intel-  
 liget, nisi qui nouerit duo genera scri-  
 bendi antiquis fuisse, vnum, quod fie-  
 ret atramento, & calamo, aut penna in  
 chartis, aut membranis, alterum in ta-  
 bulis ceratis, aut pugillaribus, cū char-  
 tacea, aut membranacea non suppete-  
 rent, in quibus scribebatur graphio fer-  
 reo, aut, vt Romae post sancitū, osseo.  
 sed huiusmodi persequi si vellemus, nū-  
 quam finem scribendi faceremus. Sed,  
 vt ab his abeamus, quam molesti sunt  
 illi, qui ad explanandam sententiam A-  
 rist. inculcant omnes locos Platonis, e-  
 iusdem Arist. Theophrasti, Galeni, Plo-  
 tini, & aliorum, qui in eadem sunt sen-  
 tentia: vt his coaceruandis veritatem  
 asserere videantur: cum simplex verita-  
 tis, vt ait Euripides, ratio sit, neque tot



DE RECTE CONFIC.

testib. egeat: nisi forte, vbi nodus vindi-  
 ce dignus, & inexplicabilis maiorem  
 lucem desiderat. Nam quid dicam de  
 illis, qui quaecunque vox occurrat ho-  
 monyma, omnes eius significationes  
 accumulunt varijs locis Arist. & aliorū  
 illustratas? quos satis, superq. monuis-  
 se Arist. sui errati potuisset, qui lib. i. de  
 Demonstratione obseruat a Mathema-  
 ticis non distingui nomē circuli, quod  
 & Graece, & Latine in satis multas si-  
 gnificationes tribuitur, sed posita eius  
 definitione, qua contenti sunt, ceteras  
 significationes, vt alienas ab eo institu-  
 to, facile tolli. sunt & alij morosi conge-  
 rendis varijs opinionib. etiam minuto-  
 rum philosophorū, atq. illis magno stu-  
 dio diiudicandis: hi non tenent memo-  
 ria, aut si tenent, non probant illud cō-  
 silium Arist. li. 8. Topice. non esse cum  
 quouis disputandum. potuissent ego in  
 explanatione illorum verborum, sunt  
 ea, quae sunt in voce, & c. tres explana-  
 tiones Hermi, Alexand. & Porphyrij  
 referre, de illisq. iudicium facere. Sed  
 cui

cui vsui, cum locum ex decretis Arist. & congruenter eius methodis, atq. technologiae explanassem. e quibus, si optio mihi daretur, mallet illam Alexā dri: quāquam in singulis aliqua veritas inclusa est. Quid dicā de quaestionib. quae licet multis locis magno ornamento esse possunt, tamen saepe, & saepius alieno loco obtruduntur: vt in hoc ipso capite quaestiones illae disceptantur significant ne nomina natura, an ex instituto, & sint ne affirmatio, & negatio species enunciationis, de quib. Arist. disputat cap. d. Oratione: illae vero magis ab hoc capite, & a tota logica abhorret quae hoc capite vulgo afferuntur: quid sit veritas, & in quo sit: quod & prudentiores fatentur ad primam philosophiā pertinere. sed interim illas hoc loco eū praefatione veniae, & pro captu, vt aiunt Logico, disputant: multo morosiores sunt superiorib. qui non solum verba Arist. interpretantur, verum etiam Rosij Arabis, quem Commentatorē per excellentiam nominant. tolerabiliore



## DE RECTE CONFIC.

fortasse his sunt, qui allegorijs, & myste-  
 rijs Pythagoricis, aut Platoniceis expla-  
 nationes suas replent: vt Simplicius in  
 Comment. Categorr. ex Iamblichō, &  
 Proclus ad Euclidē. ferendi tamen non  
 sunt, praesertim in Arist. explanandis  
 cum ab eius sensu, atq. decretis longi-  
 sime abhorreat genus eiusmodi scri-  
 bendi quod poeticum ille appellat in  
 2. Meteorr. Itaq. nusquam meminisse  
 eiusmodi interpretationem Arist. mihi  
 legisse nisi in fabularum poeticarū ex-  
 planatione: qualis illa ex lib. 12. Odyss.  
 quo loco scribit Homerus in insula Sa-  
 cilia septem armenta bouum pasci, atque  
 in singulis quinquaginta boues fuisse  
 qui nunquam perirent. quem locum mihi  
 interpretabatur Arist. vt in Didymi schol-  
 ijs, & Eustath. legitur, de anno Luna  
 duodecim mensium, qui explet praeter  
 propter. 350. dies. quia annus Luna  
 354. dieb. conficitur. Dicet aliquis: atque  
 ijs. quae videntur ab optimi interpre-  
 munere abhorrere, multa latent vti-  
 lid vero non negabo. neq. continuo

nia effundenda, sed modus in eo adhibendus, ut ea solum, quae sunt praesenti instituto congruentia, exponantur. quid elegantius, quam quod observat Boethius hoc cap. cōtrario ordine progredi eum, qui docet, atq. eū qui discit? etenim eum qui docet, sumpto initio a rebus per medias notiones in voces desinere, contra eum, qui discit a vocib. orsum, notionum interventu in res desinere. neq. tamen illud necessarium ad huius capituli intelligentiam. neq. eo consilio a Boethio hoc loco affertur. quam negari non potest, quin aliquem usum possit afferre, non omnia tamen quae vsui esse possunt, exprimēda, sed, quod prudentissime a priscis vsurpatū, quantum sat est. An existimas non potuisse plura a nobis hoc cap. afferri, quae ab eius instituto non essent aliena? quale illud Diodori Siculi duo olim genera litterarum fuisse, quib. Æthiopes, & Ægyptij uterentur: vnum obscurius Hieroglyphicarum, alterum facilius plebeiarum, illo sacerdotes vsos, hoc vulgus,



DE RECTE CONFIC.

vt nostris litteris maiusculis, aut initialibus, vt loquitur D. Hieronymus. ex quo illud sequitur, licet vtrunq. genus ex instituto significaret, magis tamen illas hieroglyphicas, eiusmodi fuisse, quae minus vulgo notae erant: vt cum annu significaturi, serpentem pingebant, qui caudam suam voraret. de quib. extat libellus Ori a Philippo quodam in sermonem Graecum ex Aegyptio, vt index praefert, conuersus. Extant & apud alios scriptores multa de eodem argumento. potuisset a nobis afferretiam illud Fortunatiani ex illius Dialectica, nomina per onomatopoeiam facta naturam videri significare: vt tinnitus, & ea, quae ex compositione soni litterarum dulci, aut aspero rei naturam declarant: vt trux, ferociam propter asperum sonum, & vastu litterarum, r & x, omnia tamen persequi infiniti esset laboris. ne igitur plus molestiae exhibeant, complectar breui summa superioris disputationis. optima itaq. & expeditissima ratio doctae Philosophiae est ea, quae nul-

lius

li<sup>o</sup> addicta auctoritati res ipsas: aut certe praeceptiones methodo tradit: proxima, quae propter ingenij nostri infirmitatē Arist. scriptis addicta, ea ex methodis eiusdem Logicis explanat, ac si cubi incidere locus ex prima Philosophia, cum ex eiusdem libris interpretatur, ac tandem, si quis ornatus ex Rhetoricis accesserit, eum ex eiusdem Rhetoricis, atq. Poeticis repetit.

### Cap. vltimum de exercitationib.

*quib. se auditores Philosophiae continere debent.*



**I**llud primum omnium auditor Philosophiae praestare debet, quod Arist. in Elenchis praecipit oportere discipulum credere: hoc est, vt quādiu philosophiā discit, magno studio, & attentissime accipiat ea, quae a doctore traduntur, dū id, quod docetur, plane cōprehēdat. alterū illud est obseruādū diligēter, quod indicat Ari. l. i. Nicōm. vt cū logicā nouerit, conetur antea historiā partis discēdae cōparare

ac



DE RECTE CONFIC.

ac obseruet diligenter, num magister recte accomodet methodos logicas pro natura historiae, quam eius partis nouit. Illud vero omnium maxime enitendum, vt superioris capituli praeceptiones in discendo accurate sequatur, quas in docendo tenendas praeceptorum demonstrauimus. primum igitur si possit ipse per se conetur cognita rei historia, & adhibitis methodis Logicis rem ipsam tantisper positus libris nosse, cumq; scriptorem aliquem, vt Arist. adire uoluerit, primum paediam eius loci exquirat congruenter praeceptis methodi Logicae: ita, vt in ijs, quae ad opiniones aliorum infirmandas pertinet, aut ad quaestiones disputandas Topicis praeceptis utatur, quod autem spectat ad scientiam, ad Analytica referat: exercitationem autem ornet multis exemplis alienis, & a se repertis. ac, cum Logicam audiet, atq; illam partem primae Philosophiae, quae omnium artium communis est, vt singularum praeceptionum usum exquirat, vel minimum, eumq; cum in alio

rum

rum scriptis, tum in exemplis suis assidue exerceat. illud vero omnium longe utilissimum, si doctor illi proponat argumentum aliquod a veteri aliquo philosopho antea tractatum, auditori tamen ignotum: ut cum illud ipse sua industria composuerit, possit, quando suum cum veteri comparat, perfectius illud reddere, & emendare. in vtraque autem Philosophia, atque etiam in Logicis, & vno verbo in omnibus Syntagmaticis libris illa tria animaduertenda studiosissime, quae supra monuimus. primum, ut scopum cuiusque libri perspiciat, deinde, ut singula praecepta ad illum referantur, ex quo apta pendeant, postremo, quam congruenti elocutione Arist. aut quispiam alius, ut Theophrastus utatur: in practica vero Philosophia illud praeterea addendum, ut omnia ad actionem, & vitae honestae consuetudinem traducat. oportet quoque, ut varietatem exemplarium si quae nactus, aut translationum primum consulat, & explanatores, si quos parauit, ut ijs praesidijs instructus certi




DE RECTE CONFIC.

possit, dum suas obseruationes cū praeceptoris sententia confert, sua errata agnoscere, eaq. diligēter corrigere. monet praeterea Simplicius, vt cum alijs cōdiscipulis se exerceat cū in arte ipsa per se percipienda, tū in Arist. scripto intelligendo, nee sit pertinax, neq. litigiosus, sed patienter cōcoquat singula ad eum vsque finem, dum veritatē percipiat? quam, cum comprehēderit, dāda maxime opera est memoriae, vt singula, quae didicerit, quotidie recolat perpetua serie, vt in promptu singula, cum opus fuerit, occurrant, tantumq. se didicisse quisque arbitretur, quātum memoria conseruarit. Haec est summa totius disputationis breui comprehensa, qua videtur remedium aliquod afferri posse studijs philosophiae, si quid in illis percurrendis hactenus, aut negligētia, aut alia ratione peccatum, atq. ad pristinam, & antiquam philosophandi formam quodammodo posse reuocari. hanc qui insistēt viam, sin minus perfecti, quod vix in tanta paucitate eorum,


qui

qui verae philosophiae studiosi sunt,  
 sperandū, euadent, ad proximos tamē,  
 quod est maxime optādum, accedent,  
 in omniq. deinceps artiū genere, quod  
 discendam susceperint, mirabiliter ex-  
 cellent. quod utinam aliquādo contin-  
 gat, faxit D. op. max. eamq. curam, & mē-  
 tem omnib. studiosis philosophiae, &  
 ijs. qui rerum pubb. & scholarum admi-  
 nistrationi praepositi sunt, iniiciat, ut  
 toto pectore, animoq. in hanc curā vin-  
 dicādae, & in pristinam dignitatem  
 restituendae philosophiae

communi opera in-  
 cumbant.



INCI-





IN CIPIT  
VITA ARISTOTE-  
LIS EX VETERI  
translatione.



Aristoteles Philosophus  
de gente quidem fuit  
Macedo, & patria vero  
Stagiritanus. Stagira  
autem ciuitas est Thra-  
ciae, vicina Olyntho, &  
Methonae. Filius autē fuit Nicomachi,  
& Phaestidis, ambobus a Machaone Al-  
clepiade descendētib; , sicut desi-  
gnat epigramma, quod fuit in ipso, sic  
dicens.

- » Phaestide fuit matre, & Nicomacho
- » genitore,
- » Qui descenderunt ab Aesculapio, in
- » signis Aristoteles.

Genitus autem est eis non solum Ari-  
stoteles, sed Arimnestus, et Arimnestus  
Nicomachus autē medicus fuit Amy-

tae regis Macedonum patris Philippi,  
& ad memoriam proprii patris Aristo-  
teles suum filium Nicomachum appel-  
lauit: cui & Nicomachia Ethica scripsit.  
itaq. habitus fuit quidem eius circa Phi-  
losofiam, & Medicinã a patre, & pro-  
pria prima generatione. post mortem  
Nicomachi, & Phaestidis parentum du-  
citur ad quendam Proxenum Atarnen-  
sem: cuius etiam educationis recorda-  
tus Aristoteles. non solum eius filiũ Ni-  
canorem educauit, & omni doctrina e-  
rudiuit, verum etiam eum sibi filium a-  
doptauit, & moriens in suo testamento  
iussit suam filiam nomine Pythiada ge-  
nitam a Pythiade tradi illi Nicanori in  
uxorem. Aristoteles autem iuuenis ad-  
huc existens doctrinam eloquẽtiæ do-  
cebatur, vt declarant Homerica com-  
menta scripta ab eo, & Iliadis dictamẽ,  
quod dedit Alexandro, & dialogus de  
poetis, & tractatus de poetica, & Rhe-  
torica. factus autem XVII. annorum, &  
Pythia praecipiente ipsum philosopha-  
ri, mittitur Athenas: vbi adhaesit Socra-



DE RECTE CONFIC.

ti, & moratus est cū eo tribus annis vsq.  
 ad finem vitae ipsius. mortuo autem So-  
 crate Platonem adit, cum eoq. annos vi-  
 ginti versat<sup>9</sup> est, sicut ipse declarat mit-  
 tens Philippo, & tantam adeptus est di-  
 lectionem Platonis, & diligentiam cir-  
 ca studium Philosophiae, vt Plato do-  
 mum Aristotelis domum lectoris voca-  
 „ ret, & saepe dicebat, eamus ad domum  
 „ lectoris, & ipso absente a lectione, clama-  
 „ bat, intellectus abest, surdum est audi-  
 „ torium. Vixit autem post mortem Pla-  
 tonis annis. XXII. partim quidem do-  
 cens Alexandrum filium Philippi, par-  
 tim autem circundans cum ipso mul-  
 tam terram, partim autem compo-  
 nens libros, partim munere doctoris  
 eminens. Non enim autem verū, quod  
 aedificauit Aristoteles Lyceum contra  
 Platonē viuum existentem, sicut Aristo-  
 xenus accusauit, & Aristoteles postea.  
 adhaesit autem Platonisq. ad finem  
 suum, Plato autem natus fuit Diotimo  
 dominante Atheniensibus, & viuens an-  
 nis. LXXXI. finiuit vitā suam sub Theo-  
 ghi.

philo. Aristoteles autem natus sub Dioprephe, & viuens annis LXIII. moritur in tempore Philoclis. adhaesit autem Aristoteles Platoni tempore Naufigenis: et fuerunt a Theophilo, sub quo moritur Plato, vsq. ad Philoclem anni. XXIII. quibus Aristoteles superuixit Platoni. Non igitur sic quidem mentiuntur, quod XL. annis immoratus est Aristoteles sub Platone tempore Eudoxi? Aristotele enim viuente LXIII. annis, tres anni tantum restarent, a morte Platonis ablati. XVII. annis, quibus studuit in triuio, tribus quibus studuit cum Socrate, & ablati XL. quibus studuit cum Platone (vt ipsi aiunt) in tribus annis non solum non fuit possibile tanta componere, sed etiam nec facile legendo transcurrere, sicut Philochorus historizauit: & etiam non fuit conueniens Aristotele extraneo existente posse facere contra Platonem: qui erat ciuis, & valde potes propter Chabriam, & Timotheum principantes Atheniensibus, & genere sibi



DE RECTE CONFIC.

cognatos. post mortem autem Platonis  
 Speusippus recepit scholas Platonis.  
 fuerat hic enim filius Potones sororis  
 Platonis: Aristoteles autem nutritus est  
 in Macedonia vbi docet Alexandrum  
 filium Philippi, & in tantum fuit hono-  
 ratus a Philippo, & Olympiade matre  
 Alexandri, quod sibi construxerunt, vel  
 constituerunt cum eis statuam, & in ma-  
 gna parte fuit concors regni ipsius, &  
 multum laborauit pro rege, & cum es-  
 set magna pars potentiae ad benefaciē-  
 dum, potentia opportune vsus est bene-  
 faciens, & singulis proprie, & omnibus  
 communiter. & quod multis proprie be-  
 nefecerit, declarant missae ab eo episto-  
 lae de quibusdam ad regem. quod autē  
 & communiter benefecit multis, & de-  
 monstrat illud, quod scilicet ciuitatem  
 suam Stagiram dirutam prius a Philip-  
 po, induxit Alexandrum regem iterum  
 reaedificare, & regionem aliam ipsi tra-  
 di. propter quod & Stagiritani festiuita-  
 tem celebrabant Aristotelis, Aristote-  
 liam ipsam vocantes, & mensem in quo  
 fe

festiuitas celebrabatur, Stagiritem nominabant, & etiam Eressum urbē Theophrasti, & Phaniae sui discipulorum debentem destrui, liberauit destructione. Stagiritani autem duxerunt corpus Aristotelis mortui in Chalcide in Stagiram, & altare construxerunt in monumento, locum illum Aristoteleum appellantes, & illuc ad concilium congregabantur. In multis autem, & Atheniensibus benefecit, vt declarant tractatus, qui sunt ad Philippum. itaq. Athenienses in acropoli statuam illi construxerunt. vt autem & omnibus hominibus vniuersaliter benefaceret, scripsit Alexandro librum vnum de regno, docens ipsum qualiter oportet regnare, & in tantum mouit animam Alexandri ad faciendum, quod dicebat: quod non benefeci aliquib. hodie, non regnaui. quod aequale aegrotans modice morbo ephemero, illa die operationes sanorum non facit. Iuene autem existente Alexandro, & militante contra Persas eundem cum eo, nec tunc obtinuit philosophati.



DE RECTE CONFIC.

ri. tunc enim composuit historiam du-  
 cētarum, & quinquaginta politiarum,  
 & associauit ipsum vsq. ad Persiam, &  
 bello facto redijt ad suam patriam, & vl-  
 tro anticipatur. suscipiens autem Ale-  
 xander regnum, in honore habuit Ari-  
 stotelem, in quantum Alexander vixit.  
 Speusippo autē nepote Platonis mor-  
 tuo suos discipulos suscipiunt Xenocra-  
 tes, & Aristoteles sapientissimi. et Ari-  
 stoteles quidem legebat in Lyceo, Xe-  
 nocrates autem in Academia, vbi & Pla-  
 to studebat. non enim, sicut Aristoxen'  
 & Aristocles posterius dicunt, Platone  
 viuente, & in Academia docēte Aristo-  
 teles contra aedificauit Lyceum: & hoc  
 tentant quidā dicere, propter id quod  
 in pluribus cōtradicit Platoni: ad quos  
 dicendum, quod non simpliciter cōtra-  
 dicit Platoni, sed non intelligentibus  
 ea, quae sunt Platonis. si autem contra-  
 dicit Platoni, nō est incōueniēs. & in his  
 enim ea, quae sūt Plat. cogitat. Platonis  
 enim est sermo, quod magis oportet  
 veritate curare, quam de aliquo alio. et ali-

alibi dicit, amicus quidem Socrates, sed  
 magis amica veritas, & in alio loco: de  
 Socrate parum est curandū, de veritate  
 vero multum. hoc igitur & Aristoteles  
 fecit, & si non destruxit dicta Platonis.  
 quamuis in his consona ipsi fecit, nolēs  
 despiciere veritatem. Habuit autē mul-  
 tam dilectionem erga Platonem Aristo-  
 teles, & quod sit verum patet, ex eo  
 quod arā cōsecrauit ei, in qua scripsit ita  
 Arā Aristoteles fundauit hāc Platonis,  
 Viri, quem non est conueniens ma-  
 lis laudare.

forte autem non ad ea, quae vidētur, op-  
 pugnavit Platonem, sed ad eos, qui ipsa  
 male intelligunt. sicut & genitum esse  
 caelum in libro, qui est de caelo. quidā  
 enim secundum tempus ipsum intelle-  
 xerunt, sed non secundum causam esse.  
 Ideas etiam in Metaphysica. quidam e-  
 nim extra intellectum ipsas posuerūt,  
 & alij propria sensibilia arbitrati sunt i-  
 psas, vt hominē immortalem, & equū.  
 Quod enim non vult ipsa omnino non  
 esse, demonstrat in Metaphysicis dicēs



DE RECTE CONFIC.

72 duplicem esse ordinem, hunc quidem  
 73 in duce esse exercitus, hunc autem in e-  
 74 xercitu, & alterum esse causam alterius,  
 75 & in libro de Anima, intellectum, qui est  
 76 secundum animam, esse res. Multum namque  
 77 Aristoteles moderatus fuit moribus, unde  
 78 de in Praedicamentis ait, non oportet  
 79 prompte definire, sed quidem multoties  
 80 considerare, & dubitare de singulis non  
 81 esse inutile, & in ijs, quae de Bono, o-  
 82 portet reminisci hominem existentem,  
 83 non solum bene fortunatum, sed de mo-  
 84 strantem, & in Ethicis Nicomachijs, a-  
 85 micus quidem vir, amica autem veri-  
 86 tas. ambobus vero entibus amicus, san-  
 87 ctum est praehonorare veritatem. et  
 88 in Meteoris: horum quidem quaedam  
 89 dubitamus, quaedam attingimus se-  
 90 cundum aliquem modum, & in eis-  
 91 dem non semel, nec bis, sed infinite  
 92 easdem opiniones fieri hominibus: quod  
 93 non multum sapientia superbiamus, in  
 94 quibus inuenire videamus, & talis qui-  
 95 dem secundum vitam fuit philosophus,  
 96 addidit autem philosophiae plura, quae  
 97 ipse

ipse inuenit. Ethicae quidem addidit fe-  
 licitatem nec in bonis exterioribus cō-  
 stare, sicut Poliaenus ait, nec in anima  
 solum, sicut Plato dicebat, sed habere  
 quidē formā in anima, cōiquinari autē,  
 & cōstrictari solū ipsā ab exteriorib' nō  
 bene se habētibus, proprie dictionibus  
 vtēs. etenim quae coinquantur inter  
 ius ipsam pulchritudinem habēt: occul-  
 tantur autem secundum solam superfi-  
 ciem, & constricta eandem magnitudi-  
 nem habent secundum veritatem. Phi-  
 losophiae autem addidit quintam es-  
 sentiam, Mathematicae vero hexago-  
 nium esse conum visuum, propter id  
 quod in plus incedit visus cuius inspi-  
 cit magnitudinem, & secundum hoc ni-  
 hil eorum quae videntur, simul totum  
 videtur, & sic maiorem fieri axem base,  
 quae est ex hoc, & hexagonum conum  
 perficere. Theologiae vero etiam quā-  
 uis nihil addidit, tamen de ea nihil di-  
 minute determinauit. non enim solum  
 mundana vidit, sicut quidam putāt, sed  
 & ea quae sunt supra mūdum, sicut de



DE RECTE CONFIC.

elarat in octauo de Physico auditu di-  
 cens: quod prima causa nec per se mo-  
 bilis, nec secundum accidens. ex hoc de-  
 monstrans quod diuinum nec corpus est,  
 neque passibile. composuit autem & me-  
 dicinalia problemata, & Physica proble-  
 mata in LXX. libris existentia, & Aspe-  
 ctiva problemata, & Mechanica, & scri-  
 ptas ab eo Iustificationes Graecarum  
 ciuitatum, cum quibus lites Graecorum de-  
 terminabat. scripta autem est ab eo po-  
 sterius historia politiarum: in Philoso-  
 phia vero transcendit humanam mensuram,  
 nihil diminute de ea tractans, sed & mul-  
 ta ei adiiciens ex sui solertia totam dire-  
 xit philosophiam. Logicae enim apponit  
 distinguens regulas a rebus, & faciens de-  
 monstratiuam methodum. antiqui enim de-  
 monstrare quidem sciebant, idem patientes  
 scindere corium non potentibus, calceis  
 autem uti poterant. insurgentibus autem i-  
 psi Atheniensibus iuit Chalcidem hos di-  
 cens. Non concedam Atheniensibus bis pec-  
 care in philosophiam, & mittens Antipa-  
 tro scribit Athenis commorari pericu-

iosum. & dixit illud Homericum. „

Pyrus autem supra pyrum senescit, fi- „  
cus autem supra ficum. „

successionem accusatorum aenigmati „  
ce loquens. Vixit autem Aristoteles an- „  
nos LXIII. etenim XVII. annos habens „  
adhaesit Socrati, & cū eo stetit tribus „  
annis. adhaesit autē Platoni. XX. annis, „  
post mortē autem Platonis vixit annis, „  
XXIII. totū vtiq. tēpus vitae suae nume- „  
ratū, fuerūt anni LXIII. & mortuus est „  
in Chalcide dimittens testamentū scri- „  
ptū, quod fertur ab Andronico, & Pto- „  
lemēo. cū voluminibus suorū tractatū. „  
Dimissit autem filium Nicomachum, „  
& filiam Pythiada, proprios autem dis- „  
cipulos Theophrastum, Phanium, Pla- „  
ma, Eudemum, Clitum, Aristoxenam, „  
Dicaearchum, tractatus autem nume- „  
ro mille. multa autem potuit cum regi- „  
bus, qui fuerunt tempore suo Philippo „  
Olympiade, Alexandro, & Antipatro. „  
plurimum autē vsus est organo Philoso- „  
phiae. propriū autē fuit philosophiae „  
Aristotelis non discedere ab euidētia. „  
eom-



## DE RECTE CONFIC.

„ composuit autem Aristoteles librum  
„ de oratione: vnde Simplicius: quod e-  
„ nim intelligat & super intellectum, &  
„ super substantiam Aristoteles, manife-  
„ stum est apud finem libri de Oratione  
„ plane dicens: quod deus aut intellectus  
est, aut aliquid ultra intellectum.

Aristotelis vitam scripserunt quam plurimi e quibus hi, qui iniuria tempo- ris perierunt, citantur a posterioribus. Aristoxenus auditor eiusdem Aristote- lis, Hermippus, Theopompus Atheniē- sis, Apollodorus, Aristocles Messenius, & alij. nam de Porphyrio dubitari non posse videtur, quin in libris de Historia philosophica eam perscripserit, vt scri- pserat prioribus libris vitas septem sa- pientum, et Pythagorae, et lib. tertio vitā Socratis, & libro quarto Platonis. Etenim sex illius operis libros laudat Tzetzes in Chiliadib. suspicor quoq. a Damascio auditore Ammonij ean- dem conscriptam fuisse, cum et libros de Historia philosophica, vt Porphy- rius edidisset: quos laudat Suidas. ac for-  
tasse

tasse haec, quam nos edimus, erat illa  
 Damascij, nisi conturbaret hanc opi-  
 nionem locus ille, in quo ad extremum  
 Simplicium citat. cum Simplicius do-  
 ctore Damascio se vsum fuisse diserte  
 in commentarijs Physicorum profitea-  
 tur: quamuis fieri potest, vt discipuli te-  
 stimonium aliquando laudetur a magi-  
 stro, vt Aristoteles in Rhetoricis, & poe-  
 ticis citat aliquot locis Theodectem:  
 aut fieri certe potuit, vt duo Damascij  
 eadem aetate floruerint, de quo nil cer-  
 ti possum pronũciare. praesertim cum  
 Theodor. Logotheta *ἐν τοῖς συμμίκτοις*  
 duos Ammonios, & totidẽ Plutarchos a-  
 gnoscat, vnum vero tantum Damasciũ.  
 Sed vt haec, quae incerta sunt, mitta-  
 mus, ex hac vita Aristo. quam nos edi-  
 mus, decurtata illa fuit, quae praeposi-  
 ta est commentarijs Categoriarum A-  
 rist. Ammonij, aut vt alij volunt, Philo-  
 pon. illa certe vulgo Philopono ascri-  
 bitur. aliam nactus erat incerto item  
 auctore Octavianus Ferrarius: quae uti-  
 nam prodisset. erat enim aliquot lo-  
 cis



DE RECTE CONFIC.

cis copiosior, ut eum successores Arist. ad decem vsq. producit, & in illa fit mentio indicis librorum Aristot. nostra sane belle congruit cum sensibus Ammonij, ut ex eius officina prodijisse videatur. etenim laborat vehementer de consensu Platonis, & Aristotelis, atq. Mathematicas numerat in partibus philosophiae: quae familiares sunt sententiae Ammonij, & eius sectatorum. huius nos exemplar tantum unicum nacti sumus, & aliquot locis satis deprauatum, & aliquando mutilum: curauimus tamen, ut potuimus, illud restituere facta comparatione cum illa vita Graeca, quae Philopono tribuitur, licet illa multo auctior huius contentione reddatur. afferent tamen nobis multum ornamentum Halicarnasseus in epistola ad Ammaeum, qui circumscripius, & distinctius, quam ceteri vitam Aristot. persecutus est, atq. Lactius, & Suidas. & quoniam in hac vita mentio plerumq. fit, τὰ πρόχροντα; quibus tunc Athenis singuli anni notabantur, curauimus initio eorum seriem ex Diodoro,

doro, & alijs describendam: vt facilius, quae ab hoc auctore, & ceteris traduntur, & certius percipi possent. illud vnū vehementer dolendum Graecum exemplar huius vitae nobis non contigisse, neq. illud, quod praepositum est cōmentarijs Categoriarum purum putū Graecum esse, sed videri potius ex translatione veteri conuersum: quod item accidisse libris de plantis, qui Aristoteli tribuuntur, videtur. neq. vero seriem Ἰσχυροῦ ab Aristotelis aetate tantum repetiuimus, sed altius ab ortu Socratis, vt certius percipi possint, quae huic vitae de aetate Socratis, & Platonis aspersa sunt. Ordinemur igitur a septuagesima septima Olympiade, qua natus Socrates existimatur.

(::)

CHRO.





# CHRONO

## LOGIA IN OLIM-

piades, et ἀρχοντας distincta ab  
ortu Socratis ad mor-  
tem vsq. Aristo-  
telis.

Olym. 77. Chares.

Praxiergus.

Demotio.

Apsephio, aut Aphepsio, aut Phae-  
do.

Olym. 78. Theagenidas.

Lysistratus.

Lysanias.

Lysibcus.

Olym. 79. Archidemides.

Tlepolemus.

Cono.

Eubippus.

Olym. 80. Phasielides, aut Phrasicles.

Philocles.

Bio.

Mnesithides.

Olym. 81. Callias.

Sosistratus.

Aristo.



Lj

*Lysicrates.*

Olym. 82. *Chaerephanes.*

*Antidotus;*

*Euthydemus.*

*Pediens.*

Olym. 83. *Philiscus.*

*Timarchides.*

*Callimachus.*

*Lysimachides.*

Olym. 84. *Praxiteles.*

*Lysanias.*

*Diphylus.*

*Timocles.*

Olym. 85. *Myrrhichides.*

*Glaucides.*

*Theodorus.*

*Euthymenes.*

Olym. 86. *Nausimachus.*

*Antiloehides.*

*Chares.*

*Aspendes.*

Olym. 87. *Pythodorus.*

*Euthydemus, alias Euthynus.*

*Apollodorus.*

*Epaminondas, alias Lysimachus.*

Olym. 88. *Diotimus.*

*Euclides.*

*Euthydemus.*

*Stratocles.*

Olym. 89. *Isarchus.*





- Amynias.*  
*Alcaeus.*  
*Aristo.*  
Olym. 90. *Aristophilus.*  
*Archias.*  
*Antipho.*  
*Euphemus.*  
Olym. 91. *Aristomenestus.*  
*Chabrias.*  
*Pisander.*  
*Cleocritus, alias Clearchus.*  
Olym. 92. *Callias.*  
*Theopompus.*  
*Glancippus.*  
*Diocles.*  
Olym. 93. *Euctemo.*  
*Antigenes.*  
*Callias.*  
*Alexias.*  
Olym. 94. *Pythodorus, sine  $\epsilon\nu\alpha\rho\chi\iota\epsilon$ .*  
*Euclides.*  
  
Olym. 95. *Laches.*  
*Aristocrates.*  
*Ithycles.*  
*Lysiades.*  
Olym. 96. *Phormio.*  
*Diophantus.*  
*Eubulides.*



H

Demostratus.

Olym. 97. Philocles.

Nicoteles.

Demostratus.

• Antipater.

Olym. 98. Pyrrhio.

• Theodotus.

Mysichides.

Dexitheus.

Olym. 99. Diotrephes.

Phanostratus.

Menander, alias Euander.

Damophilus.

Olym. 100. Pytheas.

Nico.

Nausinicus.

Chabrias.

Olym. 101. Chariander.

Hippodamus.

Socratides.

Astius.

Olym. 102. Alcisthenes.

Phrasiclides.

Dysnicetus.

Lysistratus.

Olym. 103. Nausigenes.

Polyzelus.

Cephisodorus.

Chia.

Olym. 104. Timocrates.





- Chariclides.  
Molo.  
Nicophemus.  
Olym. 105. Callimedes.  
Eucharistus.  
Cephisidorus, aut Cephisodotus.  
Agathocles.  
Olym. 106. Elpinus, aut Elpines, aut Elpini-  
ces.  
Callistratus.  
Diatimus.  
Eudemus.  
Olym. 107. Aristodemus.  
Thessalus.  
Apollodorus.  
Callimachus.  
Olym. 108. Theophilus alibi Theomnetus.  
Themistocles.  
Archias, alibi Archidas.  
Eubulus, alibi Eudorus.  
Olym. 109. Lyciscus.  
Pythodorus, alias Pythodotus.  
Sofigenes.  
Nicomachus.  
Olym. 110. Theophrastus.  
Lysimachides.  
Charondas, alias Chaeronidas.  
Phrynichus.  
Olym. 111. Pythodorus, alias Pythodemus.  
Enaenetus.

*Ctesicles.*

*Nicocrates.*

*Olym. 112. Niceratus, alias Anicetus, & Nicetes.*

*Aristophanes.*

*Aristopho.*

*Cephisopho, alias Cesipho.*

*Olym. 113. Euthycritus.*

*Hegemo Dionys.*

*Chremes, alias Cremes.*

*Anticles.*

*Soficles.*

*Olym. 114. Agesias* } *Hi duo omissi apud Dio.*

*Cephisodorus.*

*(nys.*

*Philocles.*

*Archippus.*

*Neaechmus.*

*Olym. 115. Apollodorus.*

Aristoteles philosophus de gēte qui dem fuit Macedo, & patria vero Stagiritanus. Stagira autem ciuitas est Thraciae. de patria Aristotelis omnes scriptores consentiunt natum scilicet eum Stagiris fuisse, sed de natione magna inter duos Graecos recentiores diffensio. Andronicus namq. Macedonem eum fuisse contendit, Michael contra ne-



DE RECTE CONFIC.

scio quis Thracem . ac Andronicus  
 suam sententiam confirmabat testimo-  
 nio Ptolemaei, qui in regione Amphax-  
 itide Macedoniae Stagira collocat.  
 Michael autem quo argumento proba-  
 ret Thracem eum fuisse, non legi. pote-  
 rat tamen Pausaniae vti testimonio in  
 Eliacis. is enim, quo loco meminit sta-  
 tuae, quae Aristoteli posita fuit, Stagi-  
 ra Thraciae appellat. Herodotus quo-  
 que in Polymnia, & Thucyd. l. 4. et. 5. vi-  
 dentur Stagiron Thraciae attribueri.  
 nec mirū mutatis imperijs, & fines mu-  
 ratos fuisse etenim Hispaniae nostrae  
 legimus sub Hadriano imperatore con-  
 tributam Mauritaniam Tingitanā tran-  
 fretensem, & sub Constantino Magno  
 Baleares etiam insulas Hispaniae pro-  
 uinciae attributas. sic et Macedoniae ter-  
 minus erat Stryno fluuius, qui illam a  
 Thracia separabat: vt testatur Strabo,  
 Mela, Plinius, Solinus, & alij. at Philip-  
 pus rex pater Alexandri Magni pro-  
 gatis longius eius finibus, Nessum flu-  
 uium terminum Macedoniae cōstituit  
 verum.

vtrumuis autē fluviiū terminū praeferi  
 basMacedonię, Stagiros adMacedoniā  
 pertinebit.neq. vero credibile est tā la  
 te patuisse finesMacedoniae sub eo Ale  
 xādrio rege, cui Amyntas pater Philip  
 pi successit. scribit nāq. Iustin⁹ ex Trogo  
 Alexandrū illū a Xerxe rege Persarum  
 donatum fuisse imperio totius eius re  
 gionis, quae inter Olympum, & Hae  
 mum montes patet. Quare Stagiritae  
 ante aetatem etiam Arist. Macedones  
 erant, non Thraces. quin etsi Thraciae  
 olim Stagiros fuisset, tamen Herodo  
 tus li. 7. illam πόλις ἑλλάδα, id est ciuita  
 tem Graecam vocat, & Thucyd. lib. 4.  
 & 5. coloniam illam Andriorum facit,  
 hoc est Atheniensium, vt eius Schol.  
 Graecus interpretatur. non erant igitur  
 Stagiritae barbari, sed humanitate  
 morum politi. neq. vero Aristoteles tan  
 ta fuisset cordis stupiditate praeditus,  
 vt cum se Thracē esse agnosceret, dictū  
 illud Theodori plenū cōtumeliae in Ni  
 conē citharoedū referret li. 3. artiū Rhe  
 toricę. θράττει σε. in quo παράγρημα la



DE RECTE CONFIC.

apertum, quo eum irridebat, ut idē Arist. interpretatur, quasi Thraeē, & barbarum. Idem Arist. section. 14. problēm. scribit nationem quandam fuisse Thraeciae, quae ad quaternarium tantum numerare nouerat, neq. vsq. ad denarium numerationem producebat, ut ceteri Graeci, & barbari. quod argumentum erat insignis stuporis. Iamvero etiam si Thrax fuisset Aristoteles, insignis tamen eius laus fuisset, ut inter Scythas Anacharsim floruisse. sed his omisis, Stagira numero singulari, ut appellatur ab Herod. Thueyd. & epitom. Strab. aut Stagira numero plurali neutri generis, ut a Pausania, Stephano; & alijs, aut Stagira numero singulari, ut alij flectunt, vrbs erat in littore sinus Strymonici cum portu, cui nomen *κάρπος*, & insula parua eiusdem nominis, ut legitur in epitoma Strabonis. ex qua & V. C. nos apud Melam in Thraciae descriptione olim restituimus pro caprulos more Graeco, ut solet saepe Mela, *κάρπος λιμήν*. ea vrbs alio nomine Orthagoria

vocata, vt refert Ortelius ex Sophiano, at Plin. in Thraciae mediterraneis collocat Maroneam vltra Nefsum fluuium, quam Orthagoream ait antea vocatā: vt suspicer Ortelium a feipfo, aut a Sophiano in eum errorem inductum. porro Stagira Sophiano nūc Libanoua, Nicetae tamen, et Patricio nostro, qui ea loca nauigauit, & alijs Macra nunc appellatur, alijs Nicalidia. Stagiritanus autem pro Stagirites, aut Stagirita, nō satis Latine vfurpatum, vt alia mūlta in hac tralatione.

Vicina Olyntho, & Methone. 22

Olynthon maximam urbem Thraciae vocat Xenophon. Libanius in argumēto Olynthiacarum Demosthenis urbē item Thraciae facit a Chalcidensibus Euboicis habitatam. ad eam condendam scribit Diodorus libro. 12. excitatos fuisse Chalcidenses a Perdicca Macedone Olymp. 86. Olynthon porro collocat Mela inter Athon, & Pallenē, at Plin. prope ostia Nefsi fluminis: vt necesse fit aut duas fuisse Olynthos, aut in



DE RECTE CONFIC.

altero médū. Assentior certe potius Melae, quia Chalcidica prope Athō mōtē describitur. de Methona quattuor quidē ei<sup>9</sup> nominis vrbes tradiderat Demetri<sup>9</sup> Magnes apud Harpocrationē, & Suidā, in cuius lexico totus poene Harpocratio exhaustus. Stephanus quintam addit. Scholiastae prisci Hō. vt refert Eustat. lib. 2. Iliad. tres tantū numerabant: vnā Macedoniae Eretriēsiū coloniā, alterā sub Philocteta, cui<sup>9</sup> meminit Homer. in Catalogo, quae est in Phthiotide regione Thessaliae, tertiā circa Troezenē. alij scholiastae aliter tres recensent: Methonas, vt idem scribit, vnā sub Philocteta, alterā Thraciae, in cuius expugnatione alterum oculū amisit rex Philippus, tertiā Pelopōnesi: quae videtur eadē esse, atq. illa circa Troezenem. his addit Stephanus Persidis vnā, alterā Euboeae. Ita sex videtur Methonae, non quinq. vt ait Stephanus. nisi dicas eandē fuisse Macedoniae. & Thraciae: quod est verisimile: etenim in Macedonia Methona erutū oculū Philippo scribit

CVRRICVLO PHILOS. 110

bit Strab. l. 8. quę in ei' epitoma dicitur a  
 Pydna. 40. stadijs abesse. at Eustat. in Me-  
 thona Thraciae ait illi effossum oculū.  
 sed, vt eadē sit, longe videtur a Stagiris  
 disiuncta. longius quidē abest quā O-  
 lynthus a Stagiro. ab Olyntho tamē nō  
 procul distat Pydna: cui proxima Me-  
 thona. & has fortasse vrbes tantū cōme-  
 morauit hic scriptor propter locorū ce-  
 lebritatē. quod autē proxima sit Olyn-  
 tho Methona, satis declarat Plutar. in  
 Parallelis minorib. cū scribit prope O-  
 lynthū Philippū altero oculo orbatum  
 fuisse: quod ceteri scriptores in agro  
 Methonae accidisse commemorant.  
 filius autem fuit Nicomachi, & Phae-  
 stidis. | in Laertio Graeco Henrici le-  
 gitur Φαιστίδος, & in Suida: apud Hali-  
 carnasseum tamen in epistola ad Am-  
 maeum Φαισίδος editum, & in vita Grae-  
 ca, quae praeponitur commentt. Am-  
 monij. quam lectionem legitimam esse  
 confirmat epigramma Graecum, quod  
 deinceps in eadem vita legitur cuius  
 hexameter talis est.

φαί-



DE RECTE CONFIC.

Φαίσι δὲ ἄλλοι μὴ πρὸς, ἢ Νικομάχου γενετῆ.  
 ρθ. vbi Φαίσιδθ dactylus est, nisi πρὸς  
 θθ aliquod versui accidisse dicas. pe-  
 riocha interponitur hoc loco in Ari-  
 stoteli vita Graeca, quae paulo post le-  
 gitur in hac translatione. Ita quam plu-  
 rima reperies immutata, si vtramque  
 compares: vt furtum fortasse tegeretur.

„ Ambobus a Machaone Aesclepiade de-  
 „ scendentib. ] de patre quidem Ari. con-  
 „ sentiēs est omnium scriptorum opinio  
 genus illum a Machaone heroe Aescu-  
 lapij filio duxisse: quam originē Laert.  
 ab Hermippo vsque repetit, qui de vi-  
 ta Arist. atq. eius discipulorum accuratē  
 te scripserat. Suidas item Nicomachus  
 ait, & ipse Stagirita filius Machaonis  
 filij Aesculapij: a quo genus ducebat  
 Nicomachus pater Aristotelis philoso-  
 phi. vt vehementer mirer, quid venerit  
 in mētem Tzetzi in Chiliadd. vt Aescle-  
 piadem illum fuisse pronunciarit τρὸς  
 πρὸς nominatum, quod medicus pro-  
 fessione fuisset: quasi vero altera quoq.

ratio

ratio illi non conueniret. matrem tamen Arist. solus hic auctor in Asclepiadarū familiā retulit. nā Halicarnas. cuius magna in historia auctoritas, discrete tradit illā genus duxisse ab illis Chalcidensib. qui coloniam Stagitorum duxerant. ita utrunq. parentem Arist. natione Graecū fuisse profitetur Halicarnas. hic tamen scriptor sententiam suam comprobatur illo epigrammate disticho, in quo post hexametrum, quem supra protulimus, sequitur hic pentameter Ἰσχυρὰ Ἀσκληπιαδῶν δὲ Ἄριστος. quasi ipsum Ἰσχυρὰ Ἀσκληπιαδῶν ad utrumq. parentem necessario referendum sit, neque possit, quod plani multo est, sic accipi τὸ Ἰσχυρὰ Ἀσκληπιαδῶν γένος: quod & in patris tantum familia Graecē proprie, & vere usurpari potest. in Graecam vitam irrepit hoc loco scholion πρὸς ἄλλου. sic enim legitur ἀμφότεροι δὲ ἔστωσαν Νικόμαχος, καὶ ἡ Φαισίς τὸ γένος εἶχον ἀπὸ Ἀσκληπιδῶν. in quibus verbis plane illa redundant ὅτε Νικόμαχος, καὶ ἡ Φαισίς: matris autem suae imaginem iussit Arist.



DE RECTE CONFIC.

rifi. memoriae, & pietatis ergo a Protogene egregio eius aetatis pictore pingi, quæ inter opera illius insignia refertur a Plin. lib. 35.

» Sicut designat epigramma. | auctor huius epigrammatis qui fuerit, incertum, sed fortasse aliquis e schola Alexandrina: in qua Ammonius, Origenes, Olympiodorus, & alij floruerant, qui Platonem soliti erant θεῖον appellare, quod in disputatione rerum diuinarum mirabiliter praeter ceteros excellisset, Aristotelem vero tantum δειμόνιον, quod inferiori condicione, & loco esset, qui in naturalibus, & Logicis etiam Platoni praestitisse existimatur: ut refert Theodorus Logotheta ἐν τοῖς συμμίκτοις. Itaque cum in versu recipi apte posset θεῖον, forte maluit τὸ δειμόνιον: ne laudem proprie in Platone a priscis Philosophis usurpata in Arist. transfunderet. illi tamen concedunt Arist. in Logicis ceteris philosophis, Platoni etiam praestitisse, fateantur necesse est, in omnibus partibus quoque Philosophiae illum fami-

liar

liam duxisse, aut negent, quod est per absurdum, logicam a philosophis inuentam fuisse, ut eius unius praesidio veritas constans, & certa ratio in omnibus partibus philosophiae assereretur.

insignis Aristoteles. ] Gracce *ΝῖϞ* legitur, ut monui: quod epithetō Latinique quae poetae usurpant: ut Virgilius li. XI. Aeneid. dia Camilla.

Sed Arimnestus, & Arimneste. ] idem Suid. Arimnesti autem mentio fit in Arist. testamento apud Laertium.

Nicomachus autem medicus fuit Amynte regis. ]

de Amynta rege Macedoniae patre Philippi, ut alia omittam, tantum illud ellogium ex Iustini compendio referam. Hic quoque insignis industria, & omnibus imperatorijs virtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres filios sustulit Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri Magni Macedoniis patrem. Laert. in Aristotele scripsit Amyntam regem usum fuisse Nicomacho patre Aristot. & medico, & amico.

Et



DE RECTE CONFIC.

„ Et ad memoriam proprii patris Aristoteli  
 „ suum filium Nicomachum appellavit. ]  
 „ Ammon. in commentarijs Categor. in  
 Homonymis, quae a consilio vocantur,  
 numerat ea, quae *ἰσὺν ἑνὸν* dicuntur,  
 id est ob memoriam; cū aliquis, inquit,  
 nomine maiorum filium suum appellat  
 ita a nomine aui impositum fuit filio A-  
 rist. nomen Nicomachi. natus Nicoma-  
 chus Aristoteli ex Herpyllide secundo,  
 quacum coniuncte vixit Arist. ad extre-  
 mum vsq. spiritum, vt commemorat A-  
 then. praeter alios li. 13. ex Hermippi. li.  
 1. de Aristotele, & Laert. ex Timotheo  
 Atheniens. quod Timaeus Tauromeni-  
 ta Aristoteli infensissimus, calumniaba-  
 tur Aristotelem fecisse, secutum confir-  
 mationem Hesiodi. a qua calumnia vindicat  
 Hesiodum diligenter Proclus in eius  
 commen. apud Euseb. certe li. 15. de  
 praep. Euang. tantum legitur ex Apel-  
 licone post obitum Pythiadis, ductam  
 fuisse ab Arist. uxorem Herpyllidē Sta-  
 gitis oriundam, ex eaq. filium sustulisse  
 Nicomachum.

cui & Nicomachia Ethica scripsit. | „  
 scripserat Aristot. tria volumina Ethicorum Magna scilicet, quae inscribuntur moralia, & Eudemia, & Nicomachia: vt recenset Simplicius in comment. Categorr. quanquam in indice Laertij non leguntur nisi quinque tantum libri nomine Ethicorum, in nullo autem illorum voluminum spectatur is numerus, sed aut maior, aut minor. etenim Magnorum moraliũ, qui ad patrẽ scripti vulgo putantur, duo sunt tantũ libri, & propterea fortasse breuiiores, quae problematum more cito dubitationum solutiones expediũt. Eudemiorũ libri sunt octo multo pleniores, ad Eudemum discipulum scripti. sed omniũ plenissimi, & accuratissimi libri Nicomachiorum, quos filio Nicomacho Arist. *νομοθετικὴ*. ob quam etiã causam illos Nicomachiorum nomine inscripsit. quanquam sunt qui dubitant, sit ne filius Nicomachus eorum auctor, an pater Aristoteles, adducti loco Tulliano ex lib. V. de fin. cum inquit, Quare re-

P  
nea-



„neamus Aristotelem, & eius filium  
 „Nicomachum: cuius accurate scripti  
 „de moribus libri dicuntur illi quidem es-  
 „se Aristotelis, sed non video cur non po-  
 „tuerit patri similis esse filius. hunc locum  
 itaq. interpretatur de his Nicomachijs,  
 quasi a Nicomacho edita fuisse non ne-  
 get, aut potius innuat Cic. neq. mirum  
 nomina enim huiusmodi κτητικά tam in  
 auctore operis, quam in eo cui despon-  
 sum est, dici posse videntur. sic & Ale-  
 xand. in cōmentt. li. 2. Topicc. laudat *Eu-  
 δήμεια ἀναλυτικά, ἢ Ευδήμου ἕως ἀναλυ-  
 τικῶν*, quasi τὰ Ευδήμεια in auctore v-  
 surpentur. consentiens tamen, & vna  
 vox explanatorum Arist. atque eius se-  
 ctatorum est horum librorum parentem  
 fuisse Aristotelem. enimvero Suid. scri-  
 bit Nicomachum discipulum fuisse Theo-  
 phraستي, ab eoq. sex lib. Ethicorum editos.  
 Euseb. illud refert ex Aristocle, de eodem  
 „Nicomacho. eum autem pupillum educatum  
 „fuisse a Theophrasto, posteaq. in bello  
 „cum adolescentuluseset, mortuum fuisse.  
 „Itaque habitus fuit quidem eius circa  
 philo-

Philosophiam, et medicinam a patre, et propria prima generatione.) Aristotelem gratum fuisse Alexandro medicinae causa scribit Plutarch. in Alexandro. Aelian. item. lib. 9. Var. Histor. cap. 22. multos philosophos docet operam nauasse studiose medicinae: in quibus numerat Aristot. Nicomachi filium. de patre autem Aristot. satis liquet medicum fuisse ex superioribus: quibus illud addit Suidas sex libros ab illo conscriptos de medicina, & vnum Physicorum. Galen. sane lib 5. de compos. medic. secund. genera emplastrum quoddam Nicomachi profert: quod ab hoc Nicomacho fortasse editum, nisi forte ad filium Machaonis referendum quis putet: de quo supra ex Suida disseruimus. quod sequitur ex propria generatione.) perspicuum est: quasi velit dicere iure quodam hereditario studiū medicinae ad Ari. pertinuisse. quattuor enim supra descripsim⁹ medicos insignes ex maioribus Ari. Aesculapiū nempe, Machaonem, Nicomachū Machaonis



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
filium, & alterum Nicomachum paren-  
tē Arist. de Aesculapij medicina ita vul-  
go notum, vt pudeat illud nominatim  
referre. tantum illud apponam reside-  
re adhuc famam inuētorum eius in no-  
minibus Asclepiadis herbae, & Ascle-  
pij panacis, & Asclepij pastilli: de quo  
Gal. lib. 5. de comp. medicc. secun. gene-  
ra. Machaonis medicina versib. Home-  
ri celebrata. Nicomachi vtriusq. medi-  
cina nota ex Suid. & alijs.

- » Post mortē autem Nicomachi, & Phae-
- » stidis. parentum ducitur ad quendam
- » Proxenum Atarnensem: cuius etiam e-
- » ducationis recordatus Aristoteles non
- » solum eius filium Nicanorem educauit,
- » & omni doctrina erudiuit, verum etiā
- » eum sibi filiū adoptauit. | post haec ver-
- » ba in exemplari, quod vnicum nacti su-
- » mus, deerant illa, quae interposuimus
- » repetita ex vita Graeca, quae præposi-
- » ta est commēt. Categg. Ammonij vsq.
- » ad illum locum nomine Pythiada. de
- » Proxeno Atarnensi, qui educauerat A-
- » ristotelem, mentio fit in testamēto A-
- » risto-

aristotelis, quo iussit ei, atq. ei<sup>s</sup> vxori sin-  
 gulas imagines *θεοῦ ἰπριω* memor poni  
 atq. filiam suam Pythiada filio eius Ni-  
 canori in matrimonium collocari: quā-  
 tumq. honorem Nicanori haberi volue-  
 rit, idem testamentum plane declarat.  
 Nicanores autem tres fuisse cōmemo-  
 rant Harpocratio, & Suid. e quibus ter-  
 tium faciunt Stagiritam, de quo Hype-  
 rides in Demosthenē locutus erat. quē  
 suspicor esse hūc nostrum. nisi forte est  
 ille Calathusius, cuius meminit Ste-  
 ph. in *Μεζα*. nā alius Nicanor Hermiae  
 filius, cuius mentio in Steph. *ἄθλις* nō  
 est hic noster. quia floruit sub Hadria-  
 no, ad quem & scripsit Grammat. Ale-  
 xandrin. v. ait Suid. de Atarno opido e  
 regione Lesbi sito vid. Herod. Strab.  
 Plin. Pausan. & alios. Suid. regionem fa-  
 cit Atarnum Mysiae ad Hellespontum.  
 Steph. inter Mysiam, & Lydiam col-  
 locat.

Et moriens in suo testamento iussit suā  
 filiam Pythiada genitam illi a Pythiade  
 tradi illi Nicanori in vxorem. ] Arist.



PE. IO. NVNNESI NOTAE  
duxit uxorem Pythiada filiã Hermiac  
eunuchi tyranni Atarnensis, siue ea ef-  
set filia Hermiac θετή, vt ait Suid. siue  
ab eo genita, vt paulo post idem Suid.  
diserrim prodit, quamuis spado esset: vt  
necesse sit mendũ aliquod esse in illo θε-  
τήρ, aut ex diuersis scriptorib. illa, vt al-  
lia multa, in illud lexicõ irrepisse. prius  
tamẽ est credibilis. etenim Aristoteles  
Messenius apud Eusebium scriptum re-  
liquit Pythiada sororem germanam Eu-  
nuchi, & filiam eiusdem adoptiuam nu-  
pisse Aristoteli. ex quo loco emendan-  
dus ille loc. Laertij in Arist. aiunt iun-  
xisse Hermiam affinitatem cum Arist.  
data ei filia, aut ἀδελφιδῆ, vt ait Deme-  
trius Magnes: reponendum namq. ἀ-  
δελφῆ, id est sorore. de amicitia autem  
Hermiac, & Arist. quae plerisq. suspecta  
fuit, desinet criminari Aristotelem, qui  
Apelliconis scripta legerit, vt refert idẽ  
Aristocles. de nuptijs vero Pythiadis, sa-  
tis cumulate satisfacit idem Arist. in e-  
pistolis ad Antipatrum, cum ait, se illã  
duxisse ob beniuolentiam, qua Hermiã  
pro-

prosequeretur, & quod eius vicem do-  
 beret propter insignes fratris calamita-  
 res, quodque praeterea pudica, et hone-  
 sta esset. sed quoquomodo se res ha-  
 beat, Arist. filiam suam nomine matris  
 Pythiada appellavit: quae nupsit tri-  
 bus viris, vt ait Sextus Empiricus, pri-  
 mo quidem Nicanori Stagiritae, fami-  
 liari Arist. secundo Procli, qui genus du-  
 xerat a Damarato rege Lacedaemonio-  
 rum. is duos ex ea suscepit filios, Pro-  
 clem, & Damaratum, qui Philosophiae  
 dederant operam apud Theophrastum: ter-  
 tio Metrodoro Chryssippi quidem Cnidij  
 discipulo, praeceptorum autem Erasistrati:  
 cui natus est filius Aristoteles. huius A-  
 ristotelis fit mentio in testamento Theo-  
 phraستي apud Laert. quamuis ab eo Midiae,  
 non Metrodori filius dicitur, nisi men-  
 dum in eo loco. Aristoteles autem iuue-  
 nis existens doctrinam eloquentiae do-  
 cebatur. Græce legitur τὴν ἑλευθέρων  
 παιδείαν, quasi dicat doctrina inge-  
 norum, aut liberali erudiebatur: vt videa-  
 tur innuere liberales artes appellatas



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
a liberis hominib. & ingenuis, quod pue-  
ri, & adolefcētes ingenui vulgo illas di-  
fcerent, antequam ad rempublicam ac-  
cederent. Arist. tamen lib. 8. Politicc. sic  
haec definit. eam vocat doctrinam libe-  
ralem, quae corpus non reddit inutile  
ad virtutes exercendas, neq. animam,  
neq. mentem reddit vilem, & abiectam,  
vt artificia mercenatorum, & sellula-  
riae artes. hae enim, cum studeant quae  
stui, animum a suo splendore auocant,  
& corpus sordib. sui artificij inquinant.  
quin & artes, quae sunt sua natura inge-  
nuae, vt quae animā maxime a corpo-  
re, & eius illecebris, atq. omni libidine  
seducunt, vt Philosophia, si quis ita tra-  
ctet, vt totus sit in illis, neq. vnquam ea  
intermittat, sordidum animum, & illibe-  
ralem Aristoteli efficere censentur, &  
ipsae sordidae esse, & illiberales. dein-  
de si non exercentur causa virtutis, aut  
nostra ipsorū, aut amicorū, sed quae est  
aut ambitionis e liberaliū quoq. nume-  
ro iudicio Ari. eximūtur. praeterea, vt  
ait Pasocrates Arist. auditor lib. primo  
de

de Sapientia, quibusdam videtur illibe-  
 rationale, & sordidū esse singula anxie nimis,  
 & scrupulose quaerere, vt in commer-  
 cijs, sic in studijs litterarum, neq. videre  
 non omnium rerum, quae litteris tra-  
 ctantur, idem esse ingeniū: sed alias pro  
 sua natura recipere exquisitam istam,  
 & subtilem disputationem, vt Mathe-  
 maticas, alias vero, quae cōiecturis ma-  
 gis, & hominum opinione nituntur, me-  
 dioctri quadam cognitione esse conten-  
 tas: vt Physiologiā, quae magnā partē  
 est *ἐπιπολογία*, vt prisci philosophi cē-  
 suerūt. quare, vt in pauca cōferā, libera-  
 les artes, quas liberū hominē scire ae-  
 quū est, sūt quae honestatis causa, & ho-  
 nesto, atq. ingenuo more discūtur. earū  
 tres gradus videntur veteres fecisse, vt  
 nos alibi obseruauim': quorū primū ap-  
 pellat Plin. lib. 35. cap. 10. cū, in quē se-  
 ro quidem apud Graecos aetate nimi-  
 rum Philippi, & Alexandri recepta est  
 pictura. eum gradum institutionis facie-  
 bant omnes ingenui olim apud Grae-  
 cos: cui primum tria studia attributa,



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
quae more, & institutò Graecorũ, vt in  
fabula palliata recēset Terēti<sup>9</sup> in Eunu  
—fac periculum in litteris, (cho.  
Fac in paleſtra, in Musicis: quae liberũ  
Scire aequum est: adoleſcentem ſoler  
tem dabo.

His acceſſit ad extremũ auctoritate Pã  
phili Macedonis pictoris magiſtri Ap  
pellis quartum ſtudium picturae: quo ef  
fectum eſt, vt inquit Plin. primum Siryo  
ne, deinde in tota Graecia, vt pueri in  
genui ante omnia diagraphicen, id eſt  
picturam in buxo docerentur, recipere  
turq. ars ea in primum gradum libera  
liũ. Itaq. Ariſt. li. 8. Polit. eam ſentētiã  
ſecutus, quattuor artes eſſe docuit, quas  
fere vulgo ingenui diſcerent. eae erant  
Γράμμαται, vt ille loquitur, hoc eſt Grã  
matistica, vt poſtea eſt ab Aſclepiade ſe  
paratim nominata, vt a Grãmatica, cui<sup>9</sup>  
amplior grad<sup>9</sup> eſt, differret, Gymnaſtica  
que in palaeſtra exercebatur, & Muſica,  
vt nũc loquimur, practica, atq. ad extre  
mũ Pictura. alter grad<sup>9</sup> artium liberaliũ  
eſt earũ, quae propter Philoſophiã diſ  
ceban<sup>9</sup>

cebatur, vltimus philosophiae. Ita Simplic. in cōm. in l. 2. d. Caelo. litterae. id est Grammatica, inquit, discēde ad mathematica percipiēda, ea autē propter philosophiā. sic & Sex. Cheroneus multo antiquior aduersus Mathematicos inscripsit eos libros, in quib⁹ disputat cōtra earū artiū cōstantiā, quae post Grammaticā ante philosophiā discebantur: in quibus numerat Grammaticam; Rhetoricam, & quattuor Mathematicas. nam Logieam, quoniā propter philosophiā potissimū reperta ab iisdē Philosophis fuit, vt ait Alexād. in tertio gradu vna cū philosophia cēsuit. tertio gradui attributa est philosophia. ad quē etiā videtur reuocādae illae, in quibus vltimū nostrorū studiorū gradū facimus: vt Medicina, Iurisprudencia. Sed de his plura alibi: nunc, quod huius loci est propriū de secundo gradu artiū liberalium potissimum, quod scribitur hoc loco, accipiēdū. nā cū poetarū studio coniūcta erat ars Grammaticorū, qui magnam partē sui studij in poetarum explanatione



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
consumebant. neq. vero hoc loco nulla  
Mathematicarum facta mentio, quod  
eas tum Arist. non didicisset. neq. enim  
a Platone receptus fuisset in scholam,  
nisi eas cognitas attulisset: cum a Plato  
ne in forib. Scholae illud proscriptum  
esset, μηδεις εισιτω ἀγεωμέτρητος. Sed  
fortasse quia quicumq. fuit auctor huius  
vitae siue Philoponus, siue Damascius,  
e schola Ammonij profectus, existima-  
uit Mathematicas partes esse Philoso-  
phiae: quae sentētia est Ammonij, pro-  
pterea fortasse non meminit illarum  
hoc loco: quanquam veteres Academi-  
ci, et Peripatetici, atq. etiam Stoici illas  
partes Philosophiae esse noluerūt, sed  
προπαιδειας, id est priores institutiones  
potius, vt Plat. 7. de Rep. illas appellat.  
porro quibus magistris vsus fuerit Ari-  
ad has artes liberales cognoscēdas nul-  
quam memini me legisse.

» quod declarant Homeri commenta.  
in Arist. vita Graeca legitur τὰ Ομήρου  
προβλήματα, id est Homeri quaestiones.  
cuiusmodi quaestiones multae legun-  
cul

tur in scholijs Odyssæe, quæ Didymo a  
 scribuntur, sed multo plures in scolijs I-  
 liadis. legi item scholia in Odyssæam in  
 certi auctoris M.S. in quib. multæ eius  
 modi quæstiones diluebantur. Porphy-  
 rij etiam extat liber eiusdem argumen-  
 ti in Homerũ, & in parabolis Eustat.  
 licet multas eiusmodi legere, atq. apud  
 explanatores ceteros cum Graecorum,  
 tum Latinorum poetarum. de quarum  
 quæstionum fontib. vnde possint inue-  
 niri, & de ratione dissoluedi illas mul-  
 ta subtiliter Arist. in Poeticis: quæ præ-  
 cepta præclare illustrarentur, si Arist.  
 quæstiones Homericae in hanc lucem  
 prodiret. Laert. sane in indice sex libb.  
 earum editos ab Arist. testatur: quãquã  
 ἀπορήματα Ομήρου ea nominat, alio qui-  
 dem nomine, sed eodem sensu. sic & in  
 Phrynichi epitoma nominum Attico-  
 rum M.S. quæ apud nos extat, citatur  
 Arist. ἐν τοῖς ἀπορήματι Ομήρου, quam-  
 vis in divulgatis legitur ἐν τοῖς ἀπομνη-  
 μορεύματι: male: quasi eōmētarij essent  
 insignium dictorum, & factorum Ho-  
 meri,



meri, ut illi Socratis inscripti a Xenophonte eodem nomine. citantur aliquot loci ex his libb. Arist. ut conijcere licet, in scholl. antiquis Iliad. ut libb. Δ. & Φ. atq. in scholl. Odyssae. Α. Μ. & in parecbolis Eust. multo plurib. locis. & Iliadis dictamen, quod dedit Alexandro. ] poema a barbaris vocabatur dictamen: ut constat ex eorum scriptis. huius libri nulla mentio in vita Graeca. videtur autem hic liber fuisse ἡ Ἰλιάς ἐκ τῆς γάρθηκος, ut aperte colligi potest ex Plutarchi Alexandro. in quo haec de studio litterarum, & legendi Alexandri scribit, καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομαζόμενος, ἔλαβε μὲν Ἀριστέλους διορθώσαντος ἢ ἐκ τῆς γάρθηκος καλῶσιμ. id est ac Iliadē quidem militaris virtutis viaticū, & existimans, & appellans, accepit ex Aristotelis quidem emendatione, quā ex Narthecio vocant. narthecij autem, aut ferri ni; unguentorum, ut loquitur Plin. inter spolia Darij regis, quae cepit Alexāder, & quā preciosum fuerit, meminit Plin.

lib. 7. c. 29. & addit ibidem, ut iusserit in  
 eo asservari Alexander libros Homeri.  
 Strabo tamen li. 13. aliter haec narat. is  
 enim, cum docet, quam studiosus Ale-  
 xander fuerat Iliensium propter cogna-  
 tionis necessitudinem, qua cum illis  
 conjunctus erat, & quod Homeri esset  
 studiosus, haec subiungit: φέρεται γάρ τις  
 διόρθωσις τῆς Ομήρου ποιήσεως ἢ ἐκ τῶν ἄρ-  
 θηκος λεγομένων τῶν Ἀλεξάνδρου, μετὰ τῶν περὶ  
 Καλλισθένην καὶ Ἀνάξαρχου, ἐπελθόντος καὶ  
 σημειωσαμένου τινὰ, ἔπειτα καταθέντος εἰς  
 γάζην, ὁμοίωτον ἐν Περσικῇ γάζῃ πολυτε-  
 λῶς κατεσκευασμένου: hoc est, fertur qui-  
 dem emendatio quaedam poesis Home-  
 ricæ, quæ ex narthecio vocatur, ab A-  
 lexandro una cum Callisthene. & A-  
 naxarcho elaborata, cum aliqua illius  
 percurrisset, atque annotasset Ale-  
 xander, postque illa in narthecio re-  
 posuisset, quod repererat in gaza Per-  
 sica sumptuose elaboratum. legen-  
 dum autem putavi, ut hoc obiter mo-  
 neam, μετὰ τῶν, ut videntur legisse  
 Guarin. et Tifernas potius quam



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
τὴν, vt legisse videtur Augustanus, quasi  
dicat adiutum fuisse Alexādrum ad Ho-  
meri scripta corrigenda opera duorum  
principum Philosophorum, quos secū  
in bello tollebat. huic scriptori consen-  
tit potius Plutarchi locus, quam Stra-  
bonis. quanquam fieri posse videtur, vt  
vtriusque extaret emendatio, & vtraq.  
in eodem scrinio seruaretur.

» et dialogus de Poetis. J in indice Laer-  
tij legitur Ari. tres libros de Poetis scri-  
pisse. ex quorū libro primo extat loc.  
apud Athenaeum lib. 11. & apud Laert.  
in Platone de Alexamene Teio, aut Sty-  
rensi, quod primus dialogos more So-  
cratico scripsisset. ex lib 2. legitur alter  
loc. apud Macrobi. L. V. Saturni. in quo  
reprehendebat Euripidem Aristoteles,  
quod falso ob ignorantiam pronuncias-  
set Aetolos laeuum pedem habere nu-  
dum, cum dextro pede nudo. vteretur.  
ex lib. autem 3. suspicor loc. illum esse  
repetitum, quo Plutarch. in Homero do-  
cet eum Smyrnae natum fuisse. quam-  
uis enim in editis legitur *ὡς ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς*

repo

reponendum tamen puto *ἑξὶ ποιητῶν*.  
 etenim *πραγματειῶν τέχνης ποιητικῆς*  
 duos tantum libros agnoscit Laert. in  
 indice, nisi mendum sit in eo loco, *ἑξὶ*  
*ποιητῶν* vero tres. sic & legendum existi-  
 mo apud Laert. in Socrate *Ἀριστοτέλης ἐν*  
*τῷ τρίτῳ ἑξὶ ποιητῶν*, cum recenset eo  
 loco insignium poetarum, & philoso-  
 phorum aliquot nobiles aemulos. & vere  
 uterque locus magis videtur pertinere  
 ad Historiam de poetis, quae libris de  
 Poetis forsan tradebatur, quam ad artē,  
 & praeceptiones poeticae. porro idem  
 Laert. in Empedocle laudat quoq. *Ἀρι.*  
*ἐν τῷ ἑξὶ ποιητῶν*: ubi Empedoclem do-  
 cebat Arist. Homeri imitatore[m] fuisse,  
 & metaphoris crebro usum, atq. alijs lu-  
 minib. poeticae. illud autem dubitari  
 potest, cum appellet hic auctor dialo-  
 gum de poetis, esset ne vnus liber, an  
 multi, ac s[er]multi, vt ex Laertio, & alijs  
 docuimus, essent ne more dialogi scri-  
 pti, vt hic scriptor indicat. locus sane  
 Athen. li. xj. ex. l. i. de Poetis more dialo-  
 gorū per interrogationē sic concipitur



ἐκτὸν ἔσθ' ἐμμέτροις τὰς καλεμένους Σόφρονος μίμικς μὴ φῶμεν εἶναι λόγους ἢ μιμήσεις, ἢ τὰς Ἀλεξαμένους τῶν τῆς τὰς ποιητὰς γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων.

quem locum sic conuerto aliter, atq. Vistorius, & Dalemchapius anmimos, ut appellantur Sophronis, qui sine metro scripti sunt, negabimus dialogos, & imitationes esse, aut Alexamenis item Tei dialogos, qui primi ex Socraticis editi sunt? illud tamen mirabilius, quod in exemplari Graeco huius vitae loco τὰς & dialogus de poetis reposium est, τὰς πρὸς τὰς ποιητὰς, id est aduersus poetas, ut πρὸς Λεπτίην in Leptinem. fieri certe potest, ut in iisdem libb. notarentur errata poetarum: quale erat illud Euripid. quod ex lib. 2. protulit Macrobius. eo etiam pertinere videtur locus ille in Laert. Socrate ex lib. 3. in quo longa illa enumeratio recensetur aemulorum, qui philosophis, & poetis praesertim aduersari essent.

„Et tractatus de Poetica. J aperte innuit πρὸς ποιητὰς τῆς τέχνης ποιητικῆς libb. duos

ut loquitur Laert. agnoscit item & Boe-  
 thius in comment. li. *ᾧ ἐπιμνηστέα*. plures  
 quam vnum lib. Poeticae Arist. & Sim-  
 plic. in comment. Categg. citat ex lib.  
 de poetica definitionem Synonymorū,  
 quae nusquam legitur in ijs, quae extant  
 quorum librorum primum tantum ha-  
 bemus. in secundo autem disputaturus  
 erat de Comoedia, quod in primo eorū  
 libb. receperat, atq. in ea disputatione  
 inseruisset locum illū de ridiculis, atq.  
 vna de synonymis, qui vnus locus ridicu-  
 lorum est. quorum disputationē se per-  
 secutum esse in Poeticis, scribit discrete  
 in Rhetor. & in eodem forsā lib. cete-  
 ra genera poematum docuerat, quae  
 aut sunt ex illis trib. quae proposuerat  
 lib. i. temperata, ut Satyrus Graecorum  
 ex tragoedia, & comoedia, aut illorum  
*ἄπο τῶν παλαιῶν* videntur, ut Lyrica choro-  
 rum, qui in fabulis canebantur. Sed de  
 his plura in scholijs nostris in Poetica A-  
 ristot. in codice tamen Graeco paulo  
 aliter editum τὰ *ᾧ ἐπιμνηστέα*. Laert.  
 quidem praeter illos duos τέχνους ποιη-  
 τικῆς



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
τεκνῆς commemorat alium lib. singulari  
Aristot. qui inscribatur ποιητικῆ. po-  
terat his libb. adiungere hic auctor, qu-  
cunq. fuit τὰς διδασκαλίας Arist. in qu-  
bus tradebatur, quas, & quot fabulas do-  
cuissent Comici, Tragici, & Dithyram-  
bici, & quo tempore, qui vicissent, qui-  
que victi fuissent: vt constat ex Harpo-  
cr. & Suid. in, Διδασκαλῶν, atq. ex argu-  
mentis Tragoediarum, & Comoedia-  
rum Graecarum. Διδασκαλίας autem La-  
tine redderem editiones: quanquam fa-  
bulam docere a Latinis crebro vsurpa-  
tur, doctrinae tamen nomen non ea si-  
gnificatione vsitatum est.

» & Rhetorica.] in exemplari Graeco  
αἱ ῥητορικὰ τέχνη: recte vero. scripserat  
nanq. Arist. multos libros de arte Rhe-  
torica, in quibus nomen τέχνης, aut τε-  
χνῶν inscribatur: vt apparet in indi-  
ce Laertij: Τεχνῶν συναγωγῆς. Si. artium  
collectionis duo. erant forte hi, in quo-  
scribit M. Tullius in dialogis de orat-  
contulisse Arist. omniū Rhetorum sen-  
tentias, Τέχνης ῥητορικῆς alij duo: qui fo-

cast

rasse sunt hi nostri tres, vt in numero  
 peccatum sit, quod fieri plerunq. solet,  
 τριών item vnus, & alterius artis duo, et  
 artis Theodectis isagoges, aut vt alij le-  
 gunt, συναγωγῆς vnus: quem Theodectia  
 vocat idem lib. 3. artis Rhet. cuius item  
 meminit Valerius Maximus li. 8. inscri-  
 psit quoq. Gryllū de Rhetorica: in quo  
 quid præstiterit Arist. declarat abunde  
 Quintil. receptum autem illud est, vt  
 omnes poene Graeci, & Romani scri-  
 ptores, quos habemus tres libros Arist.  
 nomine artium Rhetoricarum laudēt:  
 ita eos citāt Sex. Empiricus, & Halicar-  
 nasseus saepe, & Aspasius, aut quicunq.  
 ille est explanator li. 2. Nicomacc. & A-  
 quila item Rom. in li. de figuris. cur au-  
 tem ita hi libri inscriberentur, a nobis  
 explicatum in nostris scholijs eorum  
 librorum.

Factis autem. 17. annorū, & Pythia prae-  
 cipiente ipsum philosophari, mittitur  
 Athenas: vbi adhaesit Socrati, & mora-  
 tus est cum eo trib. annis. | Nullum re-  
 peri ex veteribus, qui fecerit Aristote-



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
lem discipulum Socratis praeter Olym-  
piorum praxi. 42. in Gorgiam Plato-  
nis. vbi cum numerat, quos sua doctrina  
Socrates bonos reddidisset, recenset  
Cebetem, Platonem, & Aristotelē, nisi  
locus mendae suspectus sit, & ex recentio-  
ribus Bessario lib. i. aduersus calū. Plat.  
Arist. facit Socratis auditorem. & certe,  
vt vere disputant Leonard. Aretinus li.  
6. epist. & Otavian. Ferrarius extremo  
lib. de Sermonib. exotericis, magna est  
in hoc *διωροψία*. etenim Socrates mor-  
tuus dicitur anno primo nonagesimae  
quinta Olympiadis Archonte Lache-  
te, Arist. autem natus primo anno nona-  
gesimae nonae Olympiad. Archonte  
Diotrephe: vt minimum interiecti sint  
quindecim anni inter mortē Socratis,  
et ortū Arist. Quod si tertio anno O-  
lympiad. 95. mortuus est Socrates, vt in  
Chronicc. Eusebij proditum, erit quo-  
q. citatum in Chronologia, sed minus  
duob. annis. A. Gellius lib. 17. capite. 21.  
post urbem recuperatam a Gallis anno  
septimo natum Aristot. litteris ait man-  
datum

datum fuisse. Sed quoniã, vt ait Plutar-  
 ch. difficile est inuenire annum captæ  
 vr̄bis, difficile quoq. erit annum recupe-  
 ratae vr̄bis reperire. septem quidẽ men-  
 sib. postquam capta a Gallis, recuperata  
 fuit opera M. Furij Camilli. sed sequen-  
 ti deinceps anno. etenim capta fuit mē-  
 se Quintili, recuperata Februario. Si i-  
 gitur, vt Verrius Flaccus, & Gellius in  
 annalib. atq. Cassius Hemina senserũr,  
 capta fuit anno. 363. recuperata fuisset  
 an. 364. ita nat<sup>9</sup> fuisset Arist. 2. an. Olym.  
 99. quod si, vt Liuius prodidit, anno. 365  
 capta fuit, & recuperata anno. 366. susce-  
 ptus fuisset in hãc lucẽ Arist. anno. 4. O-  
 lymp. 99. sed quoniã sententia Varronis  
 & Plinij probabilior ceteris videtur, ad  
 quã etiã magis accedit Halicar. opinio,  
 capta fuit an. 364. recuperata anno. 365  
 ortus fuisset Arist. anno. 3. Olym. 99. quo-  
 cũq. autem anno. 99. Olym. natus dica-  
 tur, magno post So. ratem mortuum in-  
 teruallo ortus fuit Ari. Teneam<sup>9</sup> igitur  
 sententiã Apollodori in Chronicis, quã  
 sequitur Laertius, natum fuisse Aristo.



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
anno. i. Olymp. 99. quam etiam confir-  
mat Halicarn. qui prodit Archōte Dio-  
trephe ortum fuisse: qui Archon fuit an-  
no. i. Olym. 99. vt apparet in Chronolo-  
gia ἄρχόντων, quam supra digessimus.  
» Mortuo autem Socrate Platonem a-  
» dit, cum eoq. annos viginti versatus est  
» vsq. ad finem vitae ipsius, sicut ipse de-  
» clarat mittens philippo.] ergo adijisset  
Platonem annos viginti natus. Laert.  
ex Apollodoro ait decimo septimo ae-  
tatis anno eū traditum fuisse Platoni,  
hoc est archonte Nauſigene, Halicarn.  
vero in epist. ad Ammaeū sequēti anno  
Polyzelo archōte, cū decimū & octauū  
annū suae aetatis ageret. interuallū est  
inter vtrūq. vnus tantū anni: fieri autem  
forsan potuisset, vt exeunte Nauſigene  
cui successit Polyzelus, Platoni com-  
mendaretur. Sed, vt vt fait, longius re-  
cessit ab hac temporum supputatione  
Eumolus, qui li. quinto suae Histor. tri-  
genarium traditum Platoni scriptum  
reliquerat: forte quod legisset apud Pla-  
tonem dialecticam ante trigesimū ae-  
tatis

tatis annum non esse discendam. eius tamen sententiam refellit Laert. quo loco in editionem Henric. irrepsit mendum, cum scribitur Πλάτωνι δὲ ἐπὶ ἅ κ' ἡ δέκα ἔτη συνέση, nisi dicas ὑπακουσέου τὸ, γηρονώς. sed facile potuit errari, cū legēdū sit ex eodem alibi ἐπὶ τ' ἀρχαῖς καὶ τῆς συνέση. consentiēs tamen scriptorum veterum opinio in eo est, viginti annos cum Platone eum versatum fuisse, usque ad mortem scilicet Platonis. qui mortuus traditur ab Apollodoro, & Halicarn. atq. Athen. lib. 5. archōte Theophilo, id est anno primo Olymp. 108. ut manifeste legitur apud Laert. quare vsq. ad. 37. aetatis annū cū Platone versatus est, neq. expleuerat. 18. annū suae aetatis cū Platonē adiit, sed ineūte illo videtur ei traditus, ut supra monuimus. at quod sequitur, cuiusmodi est? sicut ipse declarat mittēs Philippo. | haec verba nō leguntur in cod. Graeco: illa tamē sic accipio, ut mittēs sit Graece ἐπιστέλλω q. d. in epistola, quā miserat Philippo. Arist. testatū reliquisse se cū Platone vna vixisse



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
vsq. ad eius obitū. perijt tamē illa epi-  
stola vt aliae eiusdē multae. licet aliquot  
illius ad Philippum circunferantur.

» Et tantam adeptus est dilectionem Pla-  
» tonis, & diligentiam circa studiū Philo-  
» sophiae, vt Plato domum Arist. lectoris  
» domū vocaret, & saepe dicebat, eamus  
» ad domum lectoris. Haec ad verbum  
prope expressa in Graeco exēplari, nec  
alibi meminime illa legisse, nisi apud Ro-  
diginū. credibile tamē est in Arist. inex-  
plebilē fuisse sitim legēdi scripta veterū:  
vt declarant eius libri, propterea q. ana-  
gnosten a Platone appellatum. in hypo-  
mnematicis praeterea Arist. & eius se-  
ctatores nihil aliud fere persequēbātur  
nisi veterū de quaq. re sententias, vt do-  
cent explanatores Graeci Categorr. in  
earū *μεγρομένοις*. quid? quod Laert. scri-  
bit in Epicuro siue ex Carneadis, siue  
ex sua sentētia, tot esse sentētias veterū  
in Arist. scriptis, vt illis inferciendis tā  
multa scripsisse videatur, vt Zeno, &  
Chrysippus. magnū tamen, & iniquum  
in hoc cōuitiū sit Arist. qui iudiciū facie  
gra-

grauissimū de veterū sententijs, neq. il-  
las testimoniorum loco, vt Stoici incul-  
cat, quemadmodum Gal. & alij de illis  
referunt.

Et ipso abeunte a lectione clamabat, in-  
tellectus abest, surdū est auditoriū. Hęc  
in codice Graeco nō legūtur. Philopō.  
tamen in li. de mūdi aeternitate refert  
Platonē ita admiratū fuisse τῆν ἰσχυρίαν  
αὐτῶν Arist. vt ὁ ὄντας τῆς ἰσχυρίαν, id est mēs  
scholae ab ipso appellaretur. adiungit  
Rodigin. solitum Platonē dicere, cū A-  
rist. scholae nō interesset, philosophū ve-  
ritatis abesse. Suid. certe tradit ex ne-  
scio quo auctore Ari. naturae scribā fuis-  
se, qui calamum in mēte tingeret: quasi  
magna ingenij subtilitate naturæ pene-  
tralia scrutatus esset. D. quoq. Isidorus  
narat suo saeculo illud vsurpari solitū  
crebris sermonibus, cū Arist. lib. *ἠὲ ἐπὶ*  
*μυρίας* scribebat, calamū in mēte tin-  
gebat: quod incredibili acumine inge-  
nij, mira q. obscuritate eam disputatio-  
nē inuoluisset. Anaxagoras quidē τῆς ὄψης  
id est mentis cognomen apud Graecos  
in-



PE . IO . NVNNE SII NOTAE  
inuenit: quod primus materiae mentem  
quasi rerum omnium custodem praefec-  
cisset: vt Laert. Suid. & alij litterarū mo-  
nimentis consignarunt. & vero de Arist.  
ingenio multa extant veterum grauissi-  
morum virorum testimonia, e quib. ali-  
quot hoc loco, vt occurrēt, referemus,  
quale illud M. Tullij de libb. Rhetoricis,  
in quibus suam sententiam Arist. de ea  
arte explicabat, cum docet quantum  
inter illum, & ceteros scriptores eius ar-  
tes interesset. Quod ille (Arist. scilicet)  
eadem acie mentis, qua rerum omnium  
vim, naturamq. viderat, haec quoq. aspe-  
xit, quae ad dicēdi artem, quam ille des-  
piciebat, pertinebant. in oratore autē  
ad Brutum quā illustris illa praedicatio  
ingenij Arist. Sed quis omnium doctior?  
quis acutior? quis in reb. vel inueniēdis,  
vel iudicādis acrior Arist. fuit? prima au-  
tē schola Tusculana illum praestantē ani-  
mi ingenio & virū sūmo ingenio vocat,  
primovero Acad. praestantē ingenij abū-  
dantia eundem nominat. li. quoq. i. de  
Diuin. virū singulari ingenio appellat,

& poene diuino, lib. item. 2. virum excel-  
 lentem subtilitate. deniq. 1. de Fin. diui-  
 num eius ingenium appellat. Plin. lib.  
 13. virum immensae subtilitatis vocat.  
 Laertius *εὐρετικώτατος, & αἰτιολογικώ-  
 τατος*, id est virum maximo ad inueniē-  
 dum, & ad explicandas rerum causas in-  
 genio appellat. sed, vt alia Latinorum,  
 Arabum, & Graecorum praesertim de  
 Arist. testimonia honorificentissima o-  
 mittam, Theodor. Logotheta *ἐν τοῖς  
 συμμίκτοις* copiosissime, & accuratissi-  
 me eius ingenij magnitudinem praedi-  
 cavit. satis autem abunde illam celebra-  
 bat Plato, cum illud vulgo tritum dice-  
 bat, se in Aristot. freno, in Xenocrate ve-  
 ro calcaribus indigere. sed quod sequi-  
 tur, surdum idem dicebat esse audito-  
 rium, cum in eo vox Arist. percunctan-  
 tis, aut differentis non audiretur: vt Var-  
 ro surdum theatrum appellat li. 8. de  
 Ling. Lat. in quo nullius vox audiatur.  
 Vixit autem post mortem Platonis an-  
 nis. 23. partim quidem docens Alexan-  
 drum filium Philippi, partim autem cō-  
 po-



„ ponens libros, partim vero doctoris mu-  
 „ nere eminentis.) Vixisse Arist. 23. annos  
 tantū post mortem Platonis falsum pla-  
 ne est: cū supra demonstratum sit Arist.  
 Socratis auditorē non fuisse. vixit igitur  
 post obitū Platonis annos circiter  
 viginti & sex, vt post ostendemus. cetera  
 vero, quae subiungit Arist. praestitit  
 se post interitū Platonis, vera sunt: quae  
 uis in exēplari Graeco nō legatur. nā  
 primo profectus est ad Philippū, vt Ale-  
 xandrū filiū eius erudiret Pythodoro An-  
 chōte: apud quē cōmoratus est octo an-  
 nos, vt Halicarn. in epi. ad Ammaeū, &  
 Laert. ex Apollod. docēt: suscepit autē  
 Alexandrū erudiendū, quindecim anno  
 natū, vt Laert. Iustin. & alij tradiderūt  
 quare cū Alexander parenti successisset  
 anno vigesimo suae aetatis, vt Aeliā. et  
 alij memoriae monumentis mandarūt  
 necesse est, vt reliquis tribus comes es-  
 set Alexandri in bello. Nā de libris, quos  
 quā plurimos ediderit post mortē Pla-  
 tonis verisimile quidē est: sed quos, di-  
 ficile est affirmare. de Rhetoricis sane  
 quos

quos habemus, eo tēpore editos fuisse  
 cōstat ex epist. Halicarn. ad Ammaeū.  
 de ceteris vix potest cōstitui quo tēpo  
 re editi fuerint. de Poeticis quidē licet  
 conijcere in recentiorib. scriptis Arist.  
 numerari ea oportere: quia citat fabu-  
 las Theodectis: qui etsi fuit auditor I-  
 socratis, & Platonis, vt ait Suidas, disci-  
 pulus tamē quoq. fuit Arist. quanquā vi-  
 uo quoq. Platone, quod caput reliquū  
 erat, coegit discipulos Arist. & haeresim  
 suā instituit Athenis, vt Aelianus, & D.  
 August. docēt. erat tamē tū Plat. 80. an-  
 nos natus, vt ait Aeliā. vixq. attigit octua-  
 gesimū secūdū aetatis annū, vt mox dis-  
 putabitur. Arist. vero minimū. 12. annos  
 vt scribit Halicar. docuit in Lyceo. nā  
 alij 13. gymnasio praefuisse prodiderūt.  
 sed quod sequitur, videtur aduersari sen-  
 tentiae Aeliani. consideremus igitur  
 cuiusmodi sit. Nō enim autē verū, quod  
 edificauit Ari. Lyceū cōtra Platonē vi-  
 uū existentē, sicut Aristoxen<sup>9</sup> accusauit  
 & Aristocles postea. se adē in codice Grę-  
 co extāt praeter testimonia Aristoxeni  
 & Ari-



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
Aristoclis. Aelian. l. 3. Var. Histor. cap.  
14. & lib. 4. cap. 9. narat, vt Arist. docere  
coeperat viuento Platone, & vt illum a  
Peripato dejecerat, in quo Plato Philo  
sophiam profiteri solebat. propter qua  
etiam causam *πωλος* a Plat. vocatus A  
rist. aut *πωλάριον*: quod vt pulli recensna  
ti calcibus in parētem suum insultaret  
eadem commemorat Laert. Aristocle  
vero Messentus Peripateticus apud Eu  
sebiū lib. 15. de Praep. Euang. cum ca  
tera crimina, quibus iactabatur a sui  
aemulis Arist. diluisset, duo tantum fa  
retur vere illi obijci: vnum de nupti  
Pythiadis, alterum de ingrato animo  
Platonem. quamuis prius quoq. disso  
uit. ex quo loco nos, cum legeretur i  
M. S. Aristotides, curauimus reponer  
dum Aristocles. fuerat autem is Arist  
cles magister Alexandri Aphrodisie  
sis, vt ait Simplic. l. 1. de caelo: Aristocl  
porro scripserat decem libros de phi  
sophia, vt docet Suid. qui & a Philo  
laudatur in scholijs Arithmet. Nicom  
chi, & ab Henric. saepe in annotatio  
bu

bus Sexti Pyrrhonij Chaeronei. de quo & Synesius in Dione, & Philostratus in Aristocle, & D. Cyrillus aduersus Iuliā. apud quem li. 2. legend. omnino Alexāder Aristoclis discipulus, non Aristotelis, vt vulgatū est: nisi *τροπικῶς* accipias, quod esset ibi duriusculum. & apud eūdem Alexandr. lib. 2. de Animm. reponēdum ἤκουσα δὲ παρ' *Αριστοκλέους*, vbi antea *Αριστοτέλους* falso legebatur. quae lectio deprauata quoq. in Euseb. Latino induxit in errorem virum, & probitate, & eruditione insignem Petrum Fonseca *ἐν τοῖς προλεγόμενοις* commentar. in libb. *τῶν φυσικῶν*: vbi & falso arbitratur, qui error ex priori ortus, Aristot. Stagiritem octo libb. de philosophia prima praeter eos, quos habemus, conscripsisse, neq. vidit in iisdem fragmentis Aristoclis citari Aristotelis epistolas ad Antipatrum regem. de Aristoxeni testimonio idem Aristocles ibidem apud Euseb. profert locum ex vita Platonis scripta ab Aristoxeno, in qua scribit, dū forte peregre profectus esset, surrexisset



„ se quosdam peregrinos, & Peripatum  
 „ contra ipsum erexisse. neq. addit quis  
 esset peregre profectus: quod Aeliã. de  
 Xenocrate interpretatur, cum Plato  
 tum domi doceret, atq. Speusippus æ-  
 grotaret. hunc locum Aristoxeni quidã  
 accipiebant de Arist. erat enim peregrini-  
 nus Thrax scilicet, aut Macedo, & Peri-  
 pati scholã aperuerat. Aristocles tamẽ  
 liquido negat locum Aristoxeni de A-  
 ristotele. intelligi posse, cum Aristoxe-  
 nus semper Aristotelẽ laudaret. Suid.  
 vero in Aristoxeno docet Aristotelem,  
 postquam e viuis discesserat, contume-  
 liose ab Aristoxeno tractatum: quod in  
 successione scholae, & disciplinae Theo-  
 prastum sibi praetulisset: cum ipse inter  
 discipulos illius magnam quoq. gloriã,  
 & nomẽ sibi comparasset. de Lyceo au-  
 tem gymnasio Atheniensi, vbi Aristote-  
 les docebat, M. Tullius, & alij satis multa  
 Plato autem natus fuit Diotimo domi-  
 nante Atheniensibus. Diotimo restituitur  
 ex Diodori Bibliotheca, cũ legeretur Di-  
 otymo in M. S. erat autẽ is annus primus

88. Olymp. vt supra descriptus in Chronologia τὰρχόντων. sic & Apollodor. in Chronicis apud Laertium, & Suid. 88. Olymp. ortum Platonem tradiderunt. Laert. Aminia archonte natum prodit: qui annus est secundus nō. 88. sed. 89. Olymp. quæ sentētia quoq. videtur Plutarchi fuisse. qui in Isocrate tradit, Isocratē natum sub Lysimacho seniore fuisse septē annis Platone. sed repō. Nausimacho ex Halicarn. qui in Isocrate scriptū reliquit, eū natū fuisse quinq. annis ante bellū Pelopōnesiacū. itaq. Plutarchi iudicio nat⁹ fuisset Plato archōte Apollodoro: quod placuit Athenæo. Quare emendandus vid. Halicarn. itē in Isocrate, vt pro Lysimacho reponatur Nausimacho, & in Laert. quoq. Platone eodē modo. alioqui falsum esset, natū fuisse quinq. annis ante bellū Pelopōnesiacū. & in eodē Laert. pro Aminia leg. vid. Epaminōda, vt cōsentiāt seriei τὰρχόντων. locus vero Plutare. miserrime affectus, & deprauatus, sic restituendus vid. pristinae integritati ex Halicarn.



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
ἐπὶ Ναυσικάρχου Μυρρινεσίου δὲ οὐκ εἶρο-  
σιν ἔσσι Λυσίου ἰεωτέρου: qui loc. in o-  
mnibus editionibus, quas vidi haec ten<sup>9</sup>,  
decurtatus, & mutilus legebatur. Sed,  
vt ad annum natalem Platonis redea-  
mus, Athen. li. 5. natum prodit archon-  
te Apollodoro post Euthydemum. qui  
annus est tertius. 87. Olymp. at in Chro-  
nicis Eusebij quarto anno. 88. Olymp.  
natus dicitur. quis in tanta varietate, &  
tenebris verum perspicere poterit? ne  
que minor varietas in spatio eius vitae.  
Neanthes apud Laert. 84. annos eum vi-  
xisse tradit. quam rationem secutus i-  
gnoro plane. Athenaeus vero. 82. quem  
& sequitur Suid. quia numerat eius or-  
tum ab Apollodoro. ac ne isto quidem  
pacto. 82. erunt, nisi ab Apollodori anno  
exeunte ad ineuntem Theophili cēseas.  
Laert. quidem diserte refert ex Hermip-  
po. 81. annos vixisse, cum mortuus esset  
anno primo. 108. Olymp. & ortus. 88. O-  
lymp. Valerius Maxi. ad octogesimum  
quoq; & alterum annum eius vitam per-  
ductam prodit. M. antea Tullius in Ca-  
tone.

rone. 81. suae aetatis mortuum fuisse te-  
 status erat. apertius tamen Censorin .  
 de die Natali. 81. anno eum e vita excel-  
 sisse ait. in quo finem Plato, inquit, vitae  
 & legitimum esse existimavit, & habuit.  
 sed omnium distinctissime Seneca e-  
 pist. 58. aut, vt alij numerant. 59. his ver-  
 bis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligen-  
 tiae suae beneficio contigisse, quod na-  
 tali suo decessit, & annum vnum atq. o-  
 ctogesimū implevit sine vlla deductio-  
 ne. ideo Magi, qui forte Athenis erant  
 immolauerunt defuncto, amplioris fois-  
 se sortis, quā humanae rati, qui consum-  
 masset perfectissimum numerum, quē  
 nouem nouies multiplicata cōponunt.  
 auctor porro huius vitae hanc etiam sen-  
 tentiam comprobauit: cum sub Dioti-  
 mo eum ortū fuisse tradat, & sub Theo-  
 philo mortuum. quare edendum hoc lo-  
 co, & nos curauimus, 81. annis eum vixis-  
 se, nō. 82. vt in. M. S. legebatur. quae sen-  
 tētia videtur ceteris probabilior. quod  
 autem archonte Theophilo obierit Pla-  
 to, confirmant Halicarn. & Athen. atq.



Laert. ille loc. in Platone, mortuum eū  
 fuisse. 13. anno imperij Philippi Macedo  
 nis. coeperat enim Philippus regnare  
 Callimede archonte, vt historici testan  
 tur. a quo ad Theophilū. 13. anni interce  
 dūt, vt liquet ex Chronologia τ̄ ἀρχόντ̄.  
 » Aristoteles natus sub Diotrephe, & vi  
 » uens annis. 63. moritur in tempore Phi  
 » loclis. ] legebatur antea Dioctirso pro  
 Diotrephe. quod restitui ex Diodoro,  
 Halicarn. & Philothēi legebatur pro  
 Philoclis: in quo facilis est lapsus. sic et  
 Apollodorus in Chronicis apud Laert.  
 docuerat Arist. diem suū obiisse Philo  
 cle archonte, & apud Diod. Philocles  
 nominatim legitur. at Halicar. Cephiso  
 doro archonte scribit mortuum. fie  
 ri autem potest, vt exeunte Cephisodo  
 ro moreretur, aut ineunte Philocle.  
 » Adhaesit autē Aristoteles Platoni tem  
 » pore Nausigenis. & fuerunt a Theophi  
 » lo, sub quo moritur Plato, vsq. ad Philo  
 » clem anni. 23. quib. Ari. superuixit Plato  
 » ni. Itē tempore Nausigenis idest, vt suspicor,  
 ὅτῃ ΝΑΥΣΙΓΕΝΕΩΣ. quæ sententia gemina il  
 li

li Apollodori apud Laert. cū ait Ari. na  
 tum decē & septē annos traditum fuis-  
 se Platoni in disciplinā. etenim si Dio-  
 trephe archōte natus fuerat, annus e-  
 ius aetatis decimus & septim<sup>9</sup> ex Chro-  
 nologia cadet in annum archōtis Nau-  
 sigenis. at Halicar. sequēti anno Polyze-  
 lo archonte ait traditū Platoni fuisse.  
 forsan exeūte Nausigene, aut incūte Po-  
 lyzelo. porro quod subijcitur a Theo-  
 philo ad Philoclē. 23. annos intercessis-  
 se ex Chronologia Diodori falsum per-  
 spicitur. nā viginti & quinq. anni citra  
 utrūq. terminū intercesserunt. quod si  
 sub Cephisodoro dicas mortuū, vt cēset  
 Halicarn. viginti & quattuor erūt inter-  
 iecti, si ad calculos res ipsa vocetur. ita  
 loc. suspectus esset mēdi, nisi constāter  
 hic numerus saepe in hoc libello repe-  
 teretur. nec mirum ita sensisse scripto-  
 rē huius vitae, cū aliter digerat annos  
 atq. ceteri, neq. vlla apud eū mētio fiat  
 annorum trium, quib. versatus Arist. cū  
 Hermia, neq. vnius, quo Mitylenis com-  
 moratus est, interponat tamen aliquot



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
annos necesse est, cū. 23. annos post Pla-  
ton. obitum numeret in Arist. vita, forsi-  
tan Chronologiam aliam secutus. etc.  
nim in illa, quae describitur ab Halicar.  
in Dinarcho, duo omittuntur Archon-  
tes, & vnus interponitur Hegemo, vt  
no anno minor iam sit ille numerus in-  
teriectus ἑξήκοντα ἔτη.

- ” Non igitur sic quidā mentiuntur, quod  
” 40. annis immoratus est Arist. sub Pla-  
” tone tempore Eudoxi? ] refellit nescio  
quorum sententiam, qui existimarunt  
Arist. Platoni in schola. 40. annos operā  
dedisse: & vere quidem illam refellit.  
quod addit tempore Eudoxi, huiusmo-  
di est. Eudoxus Cnidius philosophus  
nobilis, & Mathematicus fertur aliquā  
do Platonē audisse, floruisseq. Olymp.  
103. qua sub Naufigene hic auctor com-  
memorauit Arist. primum in scholam  
Platonis venisse, aut certe sub Polyze-  
lo eadem Olymp. vt placuit Halicarn.  
ab huius Eudoxi auditore Polemarcho  
Cizyceno acceperat Callippus itē Cy-  
zicenus quot, & quos orbes Eudoxus  
pri

primus obseruasset ad cursus caelestis  
constātiā, & aequabilitatem tuendā,  
eamq. sententiam post eum Aristotele  
communicauerat, atq. emendauerat: ut  
Simplic. explicat in commentt. lib. 2. de  
caelo. narat autem vtramq. sententiam  
Arist. li. 12. de Sapientia.

Aristotele enim viuentē 36. annis, tres  
anni tantum restarent, a morte Plato-  
nis ablatis. 17. annis, quibus studuit in  
triuio. ] de termino vitae Arist. omnes  
poene scriptores consentiunt, eum. 63.  
annis circumscriptum fuisse. Sed quid  
valet illud in triuio? an triuium vocat, ut  
vulgus barbarorum, Dialecticam, Rhe-  
toricam, & Grammaticam. sicuti ijdem  
reliquas ex septem artib. liberalib. Ma-  
thematicas quadriuium nominabant?  
minime vero. neq. enim Dialecticam ab  
alijs magistris, quam a Philosophis eius  
parentibus accepisset. triuium igitur  
ab eo dici Latine puto τὰ ἐλεύκλια: quæ  
supra ἐλευθέρων παιδείαν nominauit: ut  
hoc nomine intelligantur illae artes,  
quas supra docuimus primo, et secūdo  
gradu



ΡΕ. ΙΟ. ΝΥΝΝΕΣΙΙ ΝΟΤΑ  
gradu liberalium studiorum cōtinetur  
vocatur autem ἐγκύκλια quasi vulgaris  
& cōmunia: quod vulgo illa prius dice-  
rent omnes ingenii, posterius vtroque  
philosophiam, aut Medicinā, aut aliud ei-  
modi studium. sic Strabo. li. i. Geog. οὐ-  
γὴρ ἐγκύκλιον κῆ συνήθη τοῖ ἐλευθέροις  
φιλοσοφεῖσι eam vocat, id est institutio  
triviale (ut loquitur Quintil.) & vbi  
tam ingenuis, & ijs qui philosophantur  
Philo item ἐγκύκλια praecise, & cum  
iunctioe ἐγκύκλια θεωρήματα ea appo-  
lat, atq. θεωρίας, & ὀπτηήμας ἐγκυκλίου  
& παιδείαν ἐγκύκλιον, & μουσικὴν ἐγκυ-  
κλιον, atq. λογικὴν, & μουσικὴν ἐγκύκλιον  
Plutarch. ἐγκύκλια παιδευματῶν ea vocat  
Synesius vero κύκλον. licet Porphyri-  
us dat huic quoq. nomini Philosophiam  
tanquam culmen orbis disciplinarum  
liberalium, ut videtur. Plin. & Quintilianus  
ἐγκυκλοπαιδείαν. Theo ἐγκύκλια μαθη-  
ματα. Gygi Maxim. ἐγκύκλια. i. e. Laetius  
quoq. in Democrito ἐγκυκλίαις λόγοις.  
Menedemo, & Zenone ἐγκύκλια μαθη-  
ματα. in Zenone etiam ἐγκύκλιον περὶ  
διδασκαλίας

αμ. Seneca epist. 89. ex Posidonio ar-  
 τες ἐγκυκλίαις nominat. Epicurus his o-  
 mnibus antiquior in epist. ad Pythocleē  
 ἐγκύκλια quoq. vocauerat. an autem o-  
 mnes hi scriptores eundem numerum ar-  
 tum his comprehenderint, & quas sin-  
 guli, & quibus alijs nominib. easdem ap-  
 pellarint, alibi differuimus. neque enim  
 est huius loci, neq. temporis ea disputa-  
 tio.

Trib. quib. studuit cum Socrate, & abla-  
 tis. 40. quibus studuit eū Platone (vt i-  
 psi aiunt) trib. annis non solum nō fuit  
 possibile tanta componere, sed etiam  
 nec facile legendo transcurrere, sicut  
 Philochor<sup>o</sup> historizauit. Illud postulat  
 hic locus tanquam certum, & explora-  
 tum, quod est verisimile, nullum librum  
 ab Aristotele de vlla arte composi-  
 tum, aut certe editum, antequam Pla-  
 tonis scholam adiret: et merito qui-  
 dem. nam omnium artium traden-  
 darum ratio a logicorum arte repe-  
 tenda, quae inuentum est Philoso-  
 phorum, initia vero singularum ar-  
 tium



PE. IO. NVNNESII. NOTAE  
artium prima philosophia cōstituit, ut  
docet ipse Aristot. quin & physiologia  
multis artib. principia suppeditat: ut  
Geometriae, medicinae, & alijs. philoso-  
phia item moralis iurisprudentiae, & a-  
lijs. hos igitur posito, praesclare conclu-  
dit, non potuisse Aristotelem tam mul-  
tos libros, quam multi illi ascribuntur,  
legendo percurrere, nedum compone-  
re. qui autem esset numerus librorum  
post disputabimus: quo loco eum recē-  
set hic auctor. sed quod extremo hoc lo-  
co subiungit, sicut Philochorus histori-  
cauimus sic emendauimus, cum in M.S. le-  
geretur Philotolus. Philochorus histo-  
ricus clarissimus fuit Atheniensis. de  
quo Suid. is scripserat praeter alia. 17. li-  
bros rerum Atticarum, qui a priscis scri-  
ptorib. passim citantur. sed quo libro  
collegisset numerum librorum Aristo-  
teli incertum. de Andronico quidem Rho-  
dio Peripatetico legimus apud Porphy-  
riam in vita Plotini, ab eo libb. Aristot.  
in *αργυραείας* diuisos, atq. eos qui es-  
sent eiusdem, aut similis argumenti in  
vnum

vnum locum ab eo fuisse collatos. in quo libro forte exploferat, vt adulterinos foetus Arist. vltimam illam partem lib. Categoriarum, quam vulgo postcategorias appellant, & lib. *περί εἰσυναείας*: quam autem bene, disputant accurate eorum librorum explanatores.

Et etiam non fuit conueniens Aristote „  
 le extraneo existente posse facere con- „  
 tra Platonem, qui erat ciuis; & valde po „  
 tens propter Chabriam, & Thimotheū „  
 principantes Atheniēſib. & genere ſi- „  
 bi cognatos.] ſuperiora verba proxima „  
 deſiderabantur in Graeco exemplari, haec autem in eo vulgata. in quib. diluit illud crimē, quod Aristot. obijeiebatur, illum nempe dum ſpiritū duceret, Platonem magiſtrum inſectatum fuiſſe, ludumq. contra illum aperuiſſe, de quo ſupra ex Aristocle, & Aelian. copioſe diſſeruiſſus. de Chabria, & Timotheo du cib. Atheniēſib. aetate Platonis aliqua leguntur apud Hiſtoricos, & quam clari fuerint. Prior etiam Chabrias Archō fuerat an. 2. Olymp. 91. ſed de vinculo co-  
 gna-



PE. IO. NVNNESI NOTAE  
gnationis, quo coniuncti erant cum Platonem, nil haecenus potui inuenire. tantum legi apud Laert. cum Chabrias reus esset mortis, a ceterisq. ciuibus deferretur, solum Platonem comitem se illi adiunxisse, dixisseq. se pro amico discrimen etiam capitis subiturum.

» Post mortem autem Platonis, Speusippus recepit scholam Platonis. fuerat hic enim filius Potones sororis Platonis. hoc loco interponitur in Graeco exemplari ratio, propter quam verisimile quibusdam videbatur ab Aristot. erectum fuisse Lyceum contra Platonem, dum viueret. quae longius abest in hac veteri translatione ab hoc loco: quod autem sequitur hoc loco, aptius cohaeret cum superiori proxima sententia. tantum enim vnus annus, aut paulo amplius spatium interiectum: cum Platonem sequenti anno moreretur, Speusippusque sororis eius Platonis filius, illis successisset: qui annos octo scholae praefuit de eius autem successione, & vita Laert. Suid. & alij. hoc loco praeterit hic auctor quo

quod ad seriē historiae pertinet, quatuor annos. defuncto enim Platone profectus est Aristot. ad Hermiā eunuchū tyrannum Atarnēsiū, apud quem tres annos commoratus est: vt Apollodor. apud Laert. & Halicarn. monumētis litterarū consignatum reliquerunt, eruditq. Hermiam Aristot. vt Suid. refert. post hoc triennium archonte Eubulo migravit Aristot. Mitylenas, vt idem Apollodor. & Halicarn. tradiderunt: quem annum scribit Laert. quartum fuisse Olymp. 108. deinceps sequitur profectio Aristotelis ad Philippum regem.

Aristoteles autem nutritus est in Macedonia: vbi docet Alexandrum filium Philippi. ] locus est plane corruptus, quasi hic interpretes legisset  $\tau\rho\acute{\epsilon}\phi\epsilon\tau\alpha\iota$ , cū in cod. Graeco legatur aperte  $\epsilon\rho\chi\epsilon\tau\alpha\iota$ . reponendum igitur, profectus est in Macedoniam: in quam accersitus est a Philippo honorificentissime ad Alexandrum docendum, vt constat ex epistola Philippi ad Aristot. in qua scribit



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
se non tam laetari, quod natus ei esset  
Alexander, quam quod aetate Arist. na-  
tus esset. sperare nanq. se, si ab Arist. edu-  
caretur, atq. erudiretur, illum dignum  
imperij successione futurum. vise. A.  
Gellium lib. 3. c. 9. profectus autem est  
Arist. ad Philippum Pythodoto archon-  
te, vt Apollod. et Halicarn. obseruatū:  
id est anno .2. Olymp. 109. vt idē Laert.  
explicat. tunc autem natus erat Aristo.  
42. annos ex notatione temporum Ha-  
licarn. & octo annos apud Philippum,  
& Alexandrum commoratus, dum illū  
instituit, vt ait Halicarn. erat autem A-  
lexan. 15 annos natus, quo tempore coe-  
pit magistro vt Arist. vt docet Apollo-  
dor. apud Laert. Iustinus tamen ait Ale-  
xandrum exacta pueritia per quinque  
nium sub Aristotele doctore inelyto o-  
mnium philosophorum greuisse. qui lo-  
cus non euertit sententiam superiorū  
Halicarnassei. etenim loc. hic Iustini ac-  
cipiendus est de institutione Alexan-  
dri, antequam imperium paternum ac-  
ciperet, quod accepit defuncto patre, cū

20. annos natus esset, vt idem Iustin. Arrhian. & alij testantur. initio autem sui imperij per triennium sustulit secū Aristotelem Alexander. cum autem visum fuit Aristoteli satis se cum Alexandro versatum fuisse, commendato illi Callisthene Olynthio philosopho discipulo suo, & affine ipse Athenas remigravit, vt scribit Laert. porro in huius loci verbis extremis additur in exemplari Graeco ἡ κτίσις id est conditorem epithetū Alexandri: neq. mirum. condidit enim multas vrbes, quas ex suo nomine Alexandrias appellari iussit. Arrhian. meminit earum, quas ad Tanaim fluum & ad Caucalum montem, & apud Pampisadas cōdidit, & omnium celeberrimae Aegyptiae. quarum vt conditarum ab Alexandro Macedone mentio item fit a Q. Curtio, & ab alijs. Bucephala quoq. in Pandanorum regione Indica, ab Alexandro condita, Alexandria nomine vocata, vt scribit Arrhianus in periplo maris Erythraei. & Antiochia Margiana, Alexandria ab Alexandro



Macedone nominata , vt produnt ,  
 Plin . & Solin . Spasini Charax etiam  
 in Sufianis Alexandria primo ab eius  
 conditore vocata . quin & in Thra-  
 cia ad Lacedaemoniam scribit Stephe-  
 nus conditam ab Alexãdro Magno A-  
 lexandriam vrbē cum . 17 . annos natus  
 esset . a quo etiam numerãtur . 18 . Alexã-  
 driae , & ijs plures in historijs notantur  
 vt annotat Eustat . ad Dionysij *Σεινήν*  
*σιμ* , non omnes tamen ab Alexãdro Ma-  
 cedone nomen inuenerunt .

» Et in tantum fuit honoratus a Philip-  
 » po , & Olympiade matre Alexãdri , quod  
 » sibi construxerunt , vel constituerunt  
 » cum eis statuas . Hoc fragmentum de  
 » est in Graeca vita . de statua quam pon-  
 » dam curarant Philippus rex , & Olym-  
 » pias eius vxor vna cum suis Aristote-  
 » nihil adhuc legi . quod autem scribit co-  
 » struxerunt , vel constituerunt , idem vi-  
 » deo factitatum saepe in veteri tralatio-  
 » ne , quam habeo M . S . commentariorum  
 » Graecorum in Arist . Nicomachia : quo  
 » modestiae interpretis tribuendum , v

inte

integrum sit, utro velit quis verbo Graecum reddere.

Et in magna parte fuit cōcors regni ipsius, & multum laboravit pro rege, & cum esset magna pars potentiae ad benefaciendū, potentia decenter vsus est benefaciens, & singulis proprie, & omnib' cōmuniter.) in Graeco exēplari pro illis verbis & multum laboravit pro rege) rectius scribitur πολλὰ ἐδυνήθη ὡδὲ πρὸ βασιλέως q. d. multū valuit apud regem. forte hic auctor legerat ἐποιήθη quod multis testimonijs posset confirmari. illud autē decenter interposui ex Graeco exemplari: in quo erat δειόντως, cū in Latina translatione plane abesset, extremum illud proprie Graece ἰδίᾳ, id est priuatim, aut separatim. ita planius intelligetur.

Et quod multis proprie benefecerit, declarant missae ab eo epistolae cōmēdaticiae de quibusdā ad regem: quod autē & communiter benefecit multis, & demonstrat illud, quod scilicet ciuitatem suam Stagiram dirutam prius a Philip



„ po induxit Alexandrum regem iterum  
 „ reaedificare, & regionem aliam ipsi tra  
 „ di τὸ commendaticiae, quod in. V. T.  
 desiderabatur, adiunxi ex cod. Graeco,  
 in quo *ὑσαρναί* discrete positum. in epi  
 stolis divulgatis Aristot. nomine nullae  
 sunt, quib. aliquem separatim commen  
 det Philippo, aut Alexandro. si episto  
 lae Aristot. quas collegerat Artemo, ex  
 tarent, non est dubium, quin in illis mul  
 tae commendaticiae reperirentur. sed  
 perierunt omnes poene non sine ma  
 gno reipub. litterariae detrimēto: cum  
 Demetrius in lib. *περὶ ἑρμην.* doceat Ari  
 stot. praeter ceteros in hoc genere scri  
 bendi excelluisse. de patria Arist. quam  
 restituit Alexander precib. illius addu  
 ctus, cum eam solo acquasset Alexan  
 dri pater Philippus Valer. Max. lib. 5. c.  
 6. Plin. lib. 7. cap. 29. Plut. in Alexand. Ae  
 lian. li. 3. Var. hist. c. 17. Laert. Aristotele,  
 & alij. quod in hoc loco ad extremum  
 „ additur, & aliam regionem illi tradi for  
 te valet & alios agros illi assignari. de  
 est autem hoc in cod. Graeco.

Propter quod & Stagiritani festiuita-  
 tem celebrabant Aristotelis, Aristote-  
 lea ipsam vocantes, & mensem, in quo  
 festiuitas celebrabatur, Stagiritē nomi-  
 nabant, & etiam Ereffum urbem Theo-  
 phraſti, & Phaniae suorum discipulorū  
 debentem destrui, liberauit destructio-  
 ne. Idem his nihil alibi reperi, nisi in Grae-  
 ca vita. lego autem Aristotelea neutro  
 plurali, vt apud Ciceronē in Verrē Mar-  
 cellea, & apud Demosthen. ἡράκλεια  
 de die festo sacro Herculi & alia sexcē  
 ta eiusdem generis. Ereffus vrbs vna ex  
 illis octo Lesbi insulae, clara alumnis  
 Theophrasto, & Phania Peripateticis.  
 de quo Strabo lib. 13. quanquam in vul-  
 gatis libb. Strabonis Graecis deest no-  
 men Phaniae, manifesto errato librarij,  
 vt constat ex eorū chrestomathia Grae-  
 ca. Arhen. item multis locis citat Pha-  
 niam Ereffum Peripateticum, vt lib. 3.  
 & 14. multa ex scriptis illius praesertim  
 de plantis mutuatus Plin. lib. 21. & reli-  
 quis sex deinceps. Suid. item Ereffum,  
 & alij agnoscunt. in Graeco exemplari



PE. IO. NVNNESI NOTAE  
exciderat nomē Phaniāe, vt apud Stra-  
bonem: quod ego restitui ex V. T. quan-  
quam in illa quoq. legebatur antea To-  
phani for. ex Graeco τὰ Φανίαι. & quod  
sequitur debētem destrui, liberauit de-  
structione in Graeco legitur ἀδικοθῆναι,  
& ἀδικίας, vt sit iniuria affici, & ab iniu-  
ria eam liberauit. at V. T. vid. legisse ali-  
ter ἀνοικοθῆναι, & ἀνοικίας: quanquam nō  
sunt verba trita consuetudine sermonis  
Graeci, aut certe ἀνοικητορ, aut ἀοικητορ  
εἶναι, & ἀνοικησίας, aut ἀοικησίας repōen-  
dum.

- » Stagiritani autē duxerunt corpus Arist.
- » mortui in Chalcide in Stagiram, & alta
- » re construxerunt in monumento, locū
- » illum Aristoteleum appellantes, & illuc
- » ad concilium congregabantur. ) in A-
- rist. vita Graeca sequitur hoc loco, vt
- mortuo Speusippo Arist. Lyceū aperue-
- rat, cū Xenocrates ex altera parte in A-
- cademia doceret. in vtraq. satis pertur-
- bata series tēporū. nam quod supra cō-
- memorauit de patria restituta, scribit
- Valer. Max. ab Arist. impetratū, cū aeta
- te

te affecta esset. nos tamē, vt institui-  
 mus a principio, sequemur seriē huius scri-  
 ptionis, & singula, vt poterimus, expo-  
 nemus. de morte Arist. haec Halicar. in  
 epist. ad Ammaeū cū. 12. annos docuisset  
 Arist. in Lyceo, decimo tertio post mor-  
 tē Alexā dri, Cephisodoro archonte mi-  
 grans in Chalcidem, morbo moritur.  
 est autē Chalcis vrbs insulae Euboeae  
 ad Euripū sita, in quo mare inter Grae-  
 ciā, & insulam feruet. Strabo lib. 10. de  
 Euboeae urbib. scribēs, tātā fuisse ait e-  
 xistimationē Chalcidis, & Eretriae dua-  
 rū vrbiū clarissimarū Euboeae cū in bel-  
 lo, tū in pāce, vt etiā viris philosophis  
 integrū ibi fuerit Philosophiā tranquil-  
 le, & iucunde profiteri: vt Arist. in Chal-  
 cide, in qua, inquit, diē suū obiit. Laert.  
 ex Apollodoro refert, cum. 13. annos in  
 Lyceo docuisset, migrasse Chalcidē an-  
 no tertio Olymp. 114. ibiq. morbo mor-  
 tuū fuisse. Cēsorin. de die Natali ait, A-  
 rist. ferūt naturalē stomachi infirmita-  
 tē, crebraq. morbidi corporis offensio-  
 nes adeo virtute animi diu sustētasse, vt



PE. IO. NVNNEI IN NOTAE  
magis mirum fit ad annos. 63. eum vitā  
protulisse, quā ultra nō pertulisse. Suid.  
ait quosdā scripsisse illū perijisse, cū bibis-  
set bicutā, quod postulat<sup>9</sup> esset impieta-  
tis propter hymnū, quē Hermiae tyran-  
no inscripserat (is erat Eumolus, quē re-  
fellit Laert.) alij morbo illum mortuum  
tradiderunt. in tanto consensu grauis-  
simorum scriptorum, miror repertos  
fuisse, qui auderent pronūciare interij-  
se illum prae rabie, quod causas acces-  
sus, & recessus maritimi, qui fieret in  
Euripo, ignoraret. legimus praeterea a-  
pud Laertium, quod superiori senten-  
tiae munifice congruit, solitum illum v-  
triculum olei calidi stomacho adhibe-  
re, cumq. cubitum iret, manu aeneā pi-  
lam prehendere, subiecta pelui, vt audi-  
to strepitu pilae, quam celerrime surge-  
ret. de Aristoteleo autem, & quod eo cō-  
uenirent Stagiritae in concilium, ad-  
huc requiro apud alios scriptores, qui  
illud referat.

» In multis autem Atheniensib. benefe-  
» cit, vt declarant tractatus. qui sunt ad  
Phi-

Philippum. itaq Athenienses in Acro-  
 poli statuam illi cōstruxerūt. ] Hermip-  
 pus ἐν τοῖς βίοις. apud Laert. scribit Ari-  
 stot. aliquando legatione functum pro  
 Atheniensib. ad Philippum, qua illum  
 hortat<sup>9</sup> est, ne praeesset Graeciae mo-  
 re tyranni. de statua illi posita in arce  
 (ea enim est ἀκρόπολις) nihil haecenus po-  
 tui inuenire. Pausan. in Eliacis statuam  
 positam fuisse Arist. refert a discipulo,  
 aut ab aliquo viro militari, quod apud  
 Alexandrum, & Antipatrum plurimum  
 valuisset, vt supra commemorauimus,  
 non in Attica tamen regione: Acropo-  
 lis autem per excellentiam vocatur  
 arx Athenarum Mineruae sacra: quam  
 cum Palladiā arcem more Poetico no-  
 minasset Stat. li. 4. Thebaid. Lucret. e-  
 ius interpres eleganter capitolium Mi-  
 neruae nominat: de qua Plin. lib. 8. &  
 alij.

Vt autem & omnibus hominibus vni-  
 uersaliter benefecerit, scripsit Alexan-  
 dro librum vnū de regno, docens ipsum  
 qualiter oporteat regnare. ] restitui τὰ



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
vnum ex Graeca vita: vbi ἐν ἐνὶ μονοβί-  
βλω περὶ βασιλείας legitur q. d. singularē  
librum de regno edidit: quanquam sa-  
tis erat dicere ἐν μονοβίβλω. meminit  
huius libri Laert. in eius librorum indi-  
ce. Ammonius ἐν τοῖς προλεγόμενοις cō-  
mentt. in Categg. Arist. cum diuisionē  
eius librorum persequitur, μερικὰ, in-  
quit, ea scripta esse Ari. quae priuatim  
ad aliquem scripsit: cuiusmodi sunt epi-  
stolae, & quae interrogatus ab Alexan-  
dro Macedone de regno, & qui oportet  
colonias deducere, scripsit: erant autē  
duo libri, quorum fit mentio in Laert.  
,, indice his verbis Latine expressis: Ale-  
,, xander, aut pro colonis liber singularis.  
,, de regno liber singularis.  
,, Et in tantum mouit animum Alexan-  
,, dri ad faciendum, quod dicebat, quod  
,, non benefeci aliquib. hodie, non regna-  
,, ui: quod aequale aegrotās modice mor-  
,, bo ephemero, illa die operationes sano-  
,, rum non facit.) quam regia vero haec  
vox Alexandri. cui gemina illa Vespasia-  
ni, quo die vesperi recordabatur, se ni-  
hil

hileo die cuiquã dedisse, Amici diem  
 perdidimus. de qua Suet. in Vespas. Au  
 rel. Victor, & Aufon. in Panegyrico. si v-  
 no libro Ari. tãtũ in studio virtutis pro  
 fecerat Alexand. vere poterat illud, &  
 pie affirmare, se plus debere Arist. quã  
 parenti: quod ab hoc viuendi tantum,  
 ab illo bene viuendi initia accepisset. hu  
 ius autem apophthegmatis nihil reli-  
 quum in vita Graeca.

Iuene autẽ existente Alexandro, & mi-  
 litante contra Persas eundo cũ eo, nec  
 tũc obtinuit philosophari. tũc enim cõ-  
 posuit historiã ducentarũ, & quinquã-  
 ginta politiarũ, & associauit ipsum vsq.  
 ad Persiã, & bello facto redijt ad suã pa-  
 triã & vero anticipatur. ] locus est per-  
 obscurº, & mēdaciij suspectus. Ari. enim  
 archonte Euaeneto dicitur ab Halicar.  
 reuersus Athenas aperuisse ludũ Philo-  
 sophiãe: quod & cõfirmat Laert. ex A-  
 polodoro, cũ scribit anno. 2. Olymp. cẽ-  
 tesimae vndecimae Ari. coepisse docere  
 Philosophiã Athenis: quo anno Euae-  
 netus archõ erat ex Diodoro, & eodem  
 anno



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
anno Alexander imperium suscepit,  
vt Diodor. & Arrhian. tradunt, nec ad-  
huc in Persiam traiecerat. praemiserat  
tamen in Asiam, quae ditionis Persarū  
erat, pater Philippus duces Artalum, &  
Parmenionem, & Amyntam. traiecerat  
autem in Asiam Alexand. anno secun-  
do sui imperij. augeat obscuritatem,  
quod in Graeca vita scribitur, vsque ad  
Brachmanas Aristotelem vna cum Ale-  
xandro profectum, cum longo post tē-  
poris interuallo in Brachmanas Ale-  
xand. bellum mouisset. deleamus igitur  
eum veteri translatione locum illum de  
profectione ad Brachmanas, atq. locum  
praesentem sic interpretemur, Alexan-  
dram, cum bellum in Persas pararet, se-  
cum in itinere Aristot. sustulisse vsq. in  
Asiam: quae tum Persarū, ditionis erat,  
indeq. dum bellum fieret (lego enim *ὡς*  
*λέμεισι* *τινομένους*, nō *τενομένους*) reuersum A-  
ristotelem ad suos, & inde Athenas nō  
expectato belli fine, atq. in eo comita-  
tu conscriptas ab Aristotele fuisse Re-  
rum publicarum descriptiones. video  
super

superesse illum scrupulum Alexand. nō  
 traiecisse in Asiam ante secundum an-  
 num sui imperij, vt ait Diodor. qui pro-  
 ximus erat post Euaenetum Archontē.  
 forsitan exeunte Euaeneto, & incunte  
 Ctesicle eo traiecit. omnia incerta. il-  
 lud etiam in exemplari Graeco longe  
 aliter editum *τελευτήσαντος Αλεξάνδρου*  
 pro quo V. T. expressit bello facto. Sed  
 his missis, in quib. non est tantum mo-  
 menti, de Rerum publicarum numero,  
 quas edidit Arist. non omnes idem sen-  
 tiunt. Laert. in indice praeter democra-  
 ticas, aristocraticas, oligarchicas, & ty-  
 rannicas, centum, & quinquaginta octo  
 ab Arist. descriptas scribit. in Graeca vi-  
 ta ducentae, & quinquaginta quinque  
 dicuntur fuisse: at in hac Latina ducen-  
 tae, & quinquaginta tantum. fieri autē  
 potest, vt facta accessione democrati-  
 carum, & reliquarum, quas *ισίας* vocat  
 Laert. numerus earum amplior redde-  
 retur. ex notis tamē arithmetice mul-  
 ti errores in libros inducunt. Simplic.  
*ἐν τοῖς προλεγομένοις* in Categori. *ἑνὴς*  
*πολῆς*



*πολιτείας* nostri Arist. laudat: quasi & *νόμοι*  
*δαί* essent, quaeq. illi falso tribuerentur.  
 Tzetzes quidē in Hesiod. cū Orchome  
 niorū rēpub. laudat, suspiciōnē nobis i-  
 nijcit, fuerit ne a nostro Arist. compo-  
 sita, quia illius Arist. esse tradit, qui Peplū  
 ediderat. nostro sane Arist. ascribit M.  
 Tul. rerū publicarū descriptiones his  
 „ verbis eōceptis li. 5. de Finib. omniū fe  
 „ re ciuitatū non Graeciae solū, sed etiā  
 „ Barbariae ab Ari. mores, instituta, disci-  
 „ plinas, a Theoph. leges etiā cognouim⁹.  
 „ Barbariae quidē instituta persecut⁹ fue-  
 rat Arist. alio lib. quē inscripserat *νόμιμα*  
*Βαρβαρικὰ*, vt legitur apud Apolloniū cō-  
*ιστορίας Σαυμασίας*, ex quo nos multis  
 ante annis monuim⁹ Antō. Aug. Episco-  
 pū Ilerd. editionē Romā. Varron. de lin-  
 gua Lat. emēdādā in lib. Ari. quē Varro  
 citat nomina Barbarica. quā sententiā ap-  
 probauit cōtinuovir eruditissim⁹, nūquā  
 pro dignitate satis laudat⁹, exēplar egre-  
 giū probitatis & integritatis incorrupte,  
 sed d̄ illo alias. Strabo multis in locis lau-  
 dat Respubb. varias Ari. & praesertī li. 7.

Athen. quoq. Pollux, Harpocratio, Stephanus, & alij. e quorū fragmentis accurate Sigō. suos libb. de Repub. Atheniē si descripsit. dices, eū inquit nō destitit philosophari. nū historia rerū publicarū pars est Philosophiae? non est quidē pars, sed materies parata ad Philosophiā cōscribendā, vt nos docuimus in libb. de vsu Logicae. omnes siquidē artes, & sciētia, vt idē Arist. multis in locis docet, ἐκ τῆς ἐμπειρίας, & historia rerū sibi subiectarū profectae sunt. ita Arist. eiusmodi historia expressit philosophiā moralē, sin minus totā, saltim eā partē, quae proprio nomine Politica nominatur. ita & eidem parti magno ornamento esse possunt Respublicae Atheniēs. & Lacedaem. a Xenophōte cōscriptae, & aliarum fragmēta, quae in Polybij fragmētis circūferūtur, atq; ἀποσπασμὰ τῶν ἰστορικῶν, illa minuta, quae Heraclidi Pōtico tribuūtur, sed plura ex scriptis Plutarchi, & meliora elici possunt. vidit hoc gen<sup>o</sup> artificij praecclare memoria nostra Sansoninus, qui ex Regnorum variorum de-



PE. IO. NVNNESI IN OTAE  
descriptione, sententias illas nobiles Po-  
liticas elicuit. vidit & acutissime, vt ce-  
tera, flos litteratorum, & ornamentum  
Lipsius in suis libb. Politicis: quos ma-  
gnam partem ex historia Taciti, & alio-  
rum descripsit: & merito quidem. est e-  
nim, vt Halicarn. ex Thucyd. repetit Hi-  
storia nil aliud, quã Philosophia per ex-  
empla. sed longius abijmus: redeamus  
ad nostrum scriptorem.

„ Suscipiens autem Alexander regnũ  
„ in honore habuit Aristotelem in quan-  
„ tum Alexander vixit. accepit regnum  
Macedoniae Alexander natus. 20. an-  
nos, vt supra docuimus, Euaeneto  
archonte: quo etiam anno praefectus  
fuit Arist. scholae Atheniensi. duravit  
Alexand. regnum. 12. annos. totidem  
quoq. annos praefuit Arist. Lyceo tra-  
quille, & magna cum sui nominis digni-  
tate. amabat enim Aristotelem Alexan-  
der veluti alterum parentem vnice, im-  
mo etiam plusquam parentem, atq. illi  
quibuscunq. poterat ornamentorũ ge-  
neribus, cohonestabat. mortuo autem

Ale

Alexandro subito coorta in Aristot. ea  
lumniae tempestas: quae nisi Chalcidē  
migrasset, illum oppressisset.

Speusippo autem nepote Platonis mor-  
tuo suos discipulos suscipiunt Xeno-  
crates, et Aristoteles sapientissimi: et  
Arist. quidem legebat in Lyceo, Xeno-  
crates autem in Academia, vbi et Plato  
studebat. de Speusippo successore Pla-  
tonis satis multa supra tradidimus. is  
cum scholam suscepisset Olymp. 108.  
defuncto Platone illi praefuit octo an-  
nos: eumq. paralyti conflictaretur, roga-  
uit Xenocratē, vt scholae Academicae  
praeesset, vt scribunt Laert. & alij. suc-  
cessit igitur Speusippo in Academia Xe-  
nocrates Chalcedonius, Platonis audi-  
tor, vir singulari probitate Lysimacho,  
aut, vt apud Diodor. editū, Lysimachi-  
de archonte, vt ait Laert. id est anno se-  
cundo Olymp. 110. quo tempore Arist.  
erudiebat Alexandrum. Aristoteles au-  
tem pro Atheniensib. vt ait Hermip. le-  
gatus ad Philippum missus, reuersus in-  
de cum vidisset Xenocratē in Acade-  
mia



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
mia docentem, fertur ludum aperuisse,  
jaçtato illo versu, vt refert Laertius *Α*  
*σχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτηδ' ἔαν λέγῃ.* i.  
turpe tacere, Xenocratem autem sine  
re loqui. Cice. tamen & Quint. aliter  
hunc versum ex Philocteta vsurpatum  
ab Arist. in Isocratem aiunt. cum obe  
ius aemulationem pomeridianis horis  
Arist. eloquētiam docere coepisset. de  
Academia, quod esset Gymnasium At  
henis, & in eo philosophiam doceret  
Plato, plena sunt veterum scripta.

» Non enim, sicut Aristoxenus, & Aristot  
» cles postorius dicunt, Platone viuentē  
» & in Academia docente Aristoteles  
» contra aedificauit Lyceum. ] de his sa  
» tis supra disputatum. de Lyceo Gy  
» mnasio Atheniensi, vbi Aristoteles phi  
» losophiam profitebatur Laert. Suid. &  
» alij.

» Et hoc tentant quidam dicere, propter  
» id quod in plurib. contradicit Platoni  
» ad quos dicendū, quod non simplicitē  
» contradicit Platoni, sed nō intelligētib  
» ea, quae sunt Platonis. ] affert conie  
» cturam

eturam, qua nitebantur aliqui probare  
 credibile esse Plat. viuenti Arist. aduer-  
 satum fuisse: quod saepe illius sententias  
 labefactare conatur. quam sententiam  
 diluit dupliciter: primo κατ' ἐνσασιν, de  
 inde κατ' ἀντιπαράστασιν, vt loquitur  
 Hermogenes ἐν τοῖς ᾠδαῖς εὐρέτως. ac  
 prima solutio per negationem, aut per  
 infitiationem eiusmodi est, vt neget li-  
 quido Aristotelem contradicere Plato-  
 ni, sed ijs tantum, qui aliter accipiunt  
 verba Platonis, quam oportet. haec so-  
 lutio verò videtur ex officina Ammonij,  
 aut eius discipulorum, aut ab aliquo stu-  
 dioso Plat. manasse. illi nanq. quoties-  
 cunq. Arist. inuehitur in Platonem, illi  
 calumniari queruntur, quasi verba tan-  
 tum Platonis spectet, non sententiam.  
 Alexander Aphrodisiensis longe aliter  
 existimat de Arist. qui si quando Aristo-  
 teles Platonem insectatur, plura ille ar-  
 gumenta affert, quib. eius sententiã re-  
 fellat. at is germanissimus fuit Peripate-  
 ticus: quẽ & Plotinus nobilis in primis  
 philosophus Plat. consulebat ad Arist.



PE. IO. NVNNEIINOTAE  
sensus probe cognoscendos, vt Porphy-  
rius in eius vita auctor est, et D. Hierō.  
illius commentarios Latine conuerte-  
bat ad Philosophiam discēdam, vt scri-  
bit in epistola ad Domnionem, & D. Cy-  
rillus aduersus Iulian. diligentissimum,  
& acutissimū eum iudicio philosopho-  
rum ethnicorum esse tradit, atq. eum  
Arist. amatorem vocat, illiusq. testimo-  
nia libentissime contra Iulianum vsur-  
pat. omnes praeterea Graeci Arist. ex-  
planatores illum κατ' ἐξοχήν ἢ ἐξηγητὴν,  
id est explanatorem appellant. Rosius  
item Arabs, quantū illi tribuat, qui sunt  
in eius scriptis versati, probe norunt. e-  
rgo. sane illud saepe in Alexandro obser-  
uauit, ita studiosum fuisse Aristotelis, vt  
suas omnes disputationes non solum  
sententijs Aristotelicis, sed etiam ver-  
bis illius ex varijs locis, licet Aristot. no-  
minatim non appellet, cōtexat: vt quā-  
tum quispiam Alexandri legat, tantum  
se Aristotelis legisse certo sciat, & vno  
verbo, tantum quis credat se in Aristot.  
disciplina profecisse, quātum magister

Alexandro ad eam cognoscendam vsus fuerit. sed, pro dolor, quam pauca reliqua Alexandri *γνήσια* saltem. sed eo, unde deflexit, nostra redeat oratio. Vt igitur istis Platoniceis demus, non sensum, sed orationem Platonis ab Aristot. exagitari. probe vero Arist. qui eiusmodi orationem ita insectetur, & eorum sententiam ex verbis pendat. philosophorum nanq. est docere, Poetarum vero imitari, & delectare. illorum oratio pura, distincta, verba vsitata, & propria, si quae noua imponenda, quae aliquando necessitas extorquet, ne procul a consuetudine sermonis quotidiani disiuncta sint, quod studiosissime Peripatetici veteres sectantur, metaphorae adhibendae verecundae, vt vere Theophrastus monebat, non duriusculae, sed quae ita receptae, vt poene proprie in re proposita vsurpari posse videantur: vt egregie Alexan. in lib. 1. Priorr. obseruauit. alioqui relegantur ab Arist. lib. 2. de Demost. & 6. Topice. poetis quidem integrum est metaphoras, allegorias, aenigmata etiam



P E . I O . N V N N E S I I N O T A E ,  
interdum adhibere, verbis nouis, & inu-  
sitatis vti. quod genus orationis, & scri-  
ptionis discunt.  $\phi\omicron\rho\rho\tau\iota\kappa\omicron\delta\mu$  est, vt verbū  
Dicaearchi auditoris Arist. in argumē-  
to fere simili vsurpem. itaq. vere Arist.  
lib. 2. de Sapientia Orpheū, & priscos  
poetas obiurgat, quod nomina fingerēt,  
quae soli ipsi intelligerent, vt illa neēta-  
ris, & ambrosiae: quasi sibi solis & Musis  
canere viderentur. lib. etiam. 2. Meteorolo-  
gicē. irridet iure Empedoclē, qui pla-  
ne poetice videbatur locutus, cum ma-  
re sudorem terrae nominasset. recte ve-  
ro Arist. si poetice Empedocles loque-  
retur, apposite illum locutum (poetarū  
enim propria metaphora) si philosophi-  
more, non satis accommodate ad veri-  
tatem explicandam. cōcedamus igitur  
Plat. sermonis elegantiam tantā, vt Iup-  
ter, quod illa antiquitas credidit, si de  
caelo delaberetur, non alio quam Plat.  
sermone vsurus fuerit, patiamurque a  
Phrynicho Grammatico Arist. & Theo-  
phrast. vexari, quod de sermonis Attici  
nitore parū laborasset, dū de veritate ser-  
qui-

quisita ratione, nihil detrahi pateretur. Oratio certe Platonis, vt polita sit, & nitida, fuit tamen inter poetarum praecipitia, & solutae orationis humilitatē media, vt voluit Arist. aut vt M. Tullius nonnullis visum fuisse scribit in Bruto Plat. orationē poema potius, quā Comitorū poetarū putandā. Halicarn. sane ὁ ποιητικώτατος Plato. orationē poeticae similem in verborū dilectu existimauit. sed ad alteram solutionem pergamus.

Si autē cōtradicit Plat. non est incōueniēs, & in his enim ea quæ sunt Plat. cogitar. Plat. enim est sermo, quod magis oportet de veritate curare, quā de aliquo alio. & alibi dicit, amie<sup>9</sup> quidē Socrates, sed magis amica veritas, & in alio loco, de Socrate parū est curādū, de veritate multū. ] Haec ad verbū prope legūtur in cōmēt. D. Thō. in. i. Nicōm. in quib. continetur solutio per antiparastasim, aut, vt nos reddimus in nostris institutionib. Rhetoricis, per cōcessionē, hoc modo. Arist. in exagitandis Plato. & aliorū sententijs, dū veritati studeat,



P. E. IO. NVNNESII NOTAE  
maxime consentire Platoni. quam sen-  
tentiam quasi tabulis scriptis agat, ali-  
quot locis Platonis confirmat. quorum  
primus videtur ex li. 10. de Repub. repe-  
titus cum inquit: nulli viro maiorē ho-  
norem quam veritati tribuendum. Sed  
de Socrate ne tantillum quidem cura-  
te, de veritate vero multum. sunt & alij  
loci Platonis, qui eodem spectant: qua-  
lis ille lib. 3. de Repub. Illa Homeri de  
dijs non sunt approbanda, sed veritas  
plurimi facienda, & ille ex Phaedone  
vos autem, si mihi assentiamini, non So-  
crati cedite, sed veritati. sed iam ad ea,  
quae sequuntur, transeamus.  
Hoc igitur & Aristot. fecit, etsi non de-  
struxit dicta Platonis. quamuis in his cō-  
sona ipsi fecit, nolens despiciere verita-  
tem. habuit autem multam dilectionē  
erga Platonem Aristoteles. & quod sit  
verum, patet ex eo, quod aram cōsecra-  
uit ei, in qua seipsit ita.  
Aram Arist. fundavit hanc Platonis.  
Viri, quem non est conueniens a  
malis laudari.

quod

quod Arist. erexerit aram Platoni, nusquam alibi legi. distichon autem, quod illi inscripsit, in exemplari Graeco his verbis expressum est.

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τὸνδε Πλάτωνος.

Ἄνδρὸς ὅν οὐδ' ἀνεῖμτοῖσι κακοῖσι θέμις.

Olympiodorus in cōmentarijs in Gorgiam Platonis, quo loco docet Platonem ab Arist. vt magistrum honorifice cultum, confirmat illud his argumentis quod orationem integram in laudem Platonis scripsisset: in qua vitam Platonis primum exponerat, deinde eūdem laudabat. addit idē Plat. in elegijs ad Eudemū laudatū ab Arist. fuisse his verbis.

Ἐλθὼ μὲν εἰς κλεινὸν Κεκροπίης δ' ἄπεδον  
Εὐσεβέως σεμνῆς φιλίας ἰδρύσατο βωμὸν,

Ἄνδρὸς, ὃν οὐδ' ἀνεῖμτοῖσι κακοῖσι θέμις.

Ὁς μόνος, ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξε μὲν ἀρετῶς  
οἰκείω τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λέγων.

Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἄνθρωπος  
οὐ νῦν δ' ἔστι λαβῆν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
Haec carmina sic vertit Bessario lib. i.  
aduersus calumniatores Platonis.

*Cecropis ad claras venerat vsq. domos  
Dulcis amicitiae. mox illi condidit aram,  
Quē laudare nefas ora profana foret.  
Qui solus vita, doctrina, moribus, ore  
Admonuit cunctos, & monimenta dedit:  
Vt virtute queant felicem ducere vitam.  
Nulla ferent talem saecula futura virum.*

Laert. in indice non meminit illius ora-  
tionis, quā scripserat Aristot. de laudi-  
bus Platonis: profert tamen initium cu-  
iusdam Elegiae Aristot. quod tale erat  
Καλλιτέχνης μητρὸς Δύτατερ. quae vereor,  
vt fuerit haec, quae ab Olympiodoro af-  
fertur. illud tamen mirum, vt conforma-  
tū fuerit ex illa, quae apud Olympiod.  
legitur, hoc epigramma, quod in hac A-  
rist. vita expressum est. neq. vero alienū  
a ratione videtur ab Aristotele & vitam  
& laudationem Platonis conscriptam  
fuisse. nam cum discipuli Arist. de iisdē  
argumentis, de quibus eorum magister  
antea aliquid ediderat, libenter scribe-  
rent, vt ex multis confirmare licet, ac-  
cepi-

cepimus ab Aristoxeno, & Dicaearcho eius clarissimis auditoribus vitam Platonis conscriptam fuisse, a Clearcho vero Solensi, quem nulli Arist. discipulorum secundum esse censuit Iosephus, in ijs quae scripsit in Appionem, encomium etiam Platonis diuulgatum fuisse: quod & a Laert. in Platon. vita citatur. quin & Aristocles, siue Pergameus, siue Messenius, licet posteriori saeculo, Peripateticus tamen germanissimus, cum ceterorum philosophorum, qui Platonē antecesserant, disciplinā improbasset, vt legimus apud Euseb. Platonis philosophiam ita praedicauit, vt omnium, qui vnquam fuerant, cum legitime, & perfectissime philosophatum fuisse asserat, primumq. tres partes Philosophiae distinxisse, vnā de natura, & rebus diuinis, quam etiam Socrates neglexerat, alteram cum illa cōiunctam de vita, & morib. tertiam superiorum communem de ratione differēdi. itaque nec Aristoteles neque eius secta-



**P E. IO. NVNNESII NOTAE**  
sectatores Platonis gloriae vnquam in-  
uiderunt, sed veritatis studio, cum ali-  
ter illis videbatur, libere ab illo, quod  
philosophorum proprium est, dissen-  
tiebant.

„ Forte autem non ad ea, quae videntur,  
„ oppugnabat Platonem: sed ad eos, qui  
„ ipsum male intelligunt. sicut & genitū  
„ esse caelum in lib. qui est de caelo. qui-  
„ dam enim secundum tempus ipsum in-  
„ tellexerunt, non secundum causam es-  
„ se. ] quod Aristot. non spectarit verba tā-  
tum, & quae videntur, in refellenda sen-  
tentia Platonis de mundo genito, sed  
sententiam, acerrimè tuetur Philopo-  
nus in illo lib. aureolo contra Proclum  
de mundi aeternitate: profert etiā ibi  
Philopon. locos Alexand. Aphrodis. o-  
ptimi Arist. interpretis in eum loc. lib. i.  
de caelo, in quo disertè docet Platonē  
plane ita sensisse mundum genitum, vt  
aliquo tempore coeperit. Platonici ta-  
men aliquot contendebant Platonis iu-  
dicio nunquam mundum coepisse: vt  
Taurus egregius Platonicus in cōmēt.

Ti.

Tinacii, cuius honorifica mentio aliquo-  
 ties apud A. Gellium, & Porphyrius itē,  
 & Proclus commentis aliquot significa-  
 tiones τῆ γενετῆς: quas omnes idem Phi-  
 lopon. accurate refellit. quin & ipse A-  
 rist. atq. eius successor Theophrast. in  
 lib. de Physicorum opinionibus. ut legitur  
 apud Taurum philosophum in eodem  
 libro Philoponi, vnam ex illis geniti si-  
 gnificationibus. accurate refutant: quam  
 quidam tūc excogitauerāt, ut assererēt  
 Platonem nunquam mundum a princi-  
 pio aliquo temporis generatum existi-  
 tasse. in qua sententia ait Simplic. i. de  
 caelo Xenocratem fuisse, & alios Plato-  
 nicos: ut inde appareat ab Ari. & Theo-  
 phrasto non confutari tantum speciem  
 illam, quam verba Platonis praesefe-  
 runt, sed etiam plane sententiam Plato-  
 nis: ut vere Alexand. & Philopon. mul-  
 tis argumentis confirmant. per mirum  
 tamen illud est Porphyrio visum fuisse  
 eam significationē geniti maxime con-  
 gruere sensibus Platonis, quam Aristot. &  
 Theoph. tam accurate labefactauerāt.  
 sed



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
sed haec omnia minutatim, & diligenti-  
ssime excutit Philoponus in eo lib. ut  
necesse non sit congerendis aliorum te-  
stimonijs lectorum animos obtundere.  
His ita positis intelligetur, qui sint illi  
qui interpretati sunt sententiam Plat.  
de genito mundo secundum principium  
temporis: Arist. nimirum, Theoph. Ale-  
xand. & omnes prisci Peripatetici, atq.  
ex posterioribus Philopon. & omnes poe-  
ne nostri, qui autem secundum causam  
Plat. sententiam acceperant, ex ijs quidem,  
quos legi, erant Taurus Philosophus Pla-  
tonic<sup>9</sup>, Porphyrius, & Procl<sup>9</sup> Platonici  
item. qua notione, ut lumen, cum cohae-  
reat semper cum sole, causaq. eius sol  
sit, dicetur a sole genitum, sic & mundus  
cum perpetuo cum deo constiterit (neq. enim  
sine causa cohaerere poterat) intellige-  
tur a deo genitus. hac ratione illi arbi-  
trantur mundum eodem modo aeternum  
Platonis, & Ari. iudicio fuisse. Sed quae  
aliena sit illa interpretatio a sententia  
Platonis in Timaeo, disputat diligentis-  
sime Philop. eodem lib. Simpli<sup>9</sup>. aliam

notionem τὸ γεννητὸν videtur afferre, ut dicatur scilicet a Plat. generabile, quod aspectabile est, & tangi potest: quae potest facile infirmari iisdem argumentis Philoponi.

Ideas etiam in Metaphysica. quidam enim extra intellectū ipsas posuerunt, & alij propria sensibilia arbitrati sunt ipsas, ut hominē immortalē, & equū. J Plutare. in lib. aduersus Colotē Epicure irridet illum, quod arbitraretur Arist. & Theophr. in eadem sentētia fuisse, atq. Plat. de Ideis, a qua tam lōge afferit abhorruisse Arist. ut illam premat, & conuellere semper conetur multis coacervatis dubitationibus in Ethicis, in Physicis, in Exotericis adductus magis studio cōcertationis, ut quibusdam visum esse ait, quam veritatis, & Philosophiae: ut per ea decreta nihil aliud illi propositū fuisse videatur, quam Platonis philosophiam despiciatui ducere, & prorsus abijcere. quo loco, ut obiter illud moneam, miror a Plutarcho praeteritos lib. τὸ μὲν τὰ φυσικὰ, quos & idē Plutare. lege-



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
legerat, vt cōstat ex eius Alexādro, cum  
in illis diligētius, & saepius in Ideas Pla-  
tonis, quam in ceteris scriptis, quae ha-  
bemus, inuehatur. forsan Physicorum  
nomine, id est prioris partis philoso-  
phiae θεωρητικῆς complexus est, & partē  
posteriorem, quae ἐν τοῖς μὲν τὰ φυσικὰ  
versatur: vt Arist. lib. .i. Topic. cū tria  
genera problematum dialectica fecisset  
vnum in contemplatione veritatis po-  
situm, alterum in actione rerum expetē-  
darum, & fugiendarum, tertium, quod  
vsui reliquis duob. esset, post repetens  
eandem diuisionem, & propositionibus  
accommodans, propositiones phisicas  
appellat nomine prioris tantum partis  
omnes eas, quae ad philosophiam theo-  
reticam pertinent, & Ethicas eodem  
modo omnes, quae philosophiae practi-  
cae subiiciuntur siue Ethicae, siue Poli-  
ticae sint. sed haec obiter. Proclus, qui  
a successione Platonis cognomen Dia-  
dochi per antonomasiam reperit, in li-  
bro, quem inscripserat ἐπίσκεψις τῶν  
ἐν Πλάτωνος Τίμαιον ὑπὸ Ἀριστοτέλεως ἀν-  
τιφαστικῶν

τερημένων, in primo capite eius libri  
 haec scripsit de Ideis, vt nos Latine  
 ex Iohan. Philopono describimus.  
 Aristoteles & nomen ipsum exempla-  
 ris aegre fert, metaphoricum illud ap-  
 pellans, ac multo magis contra decretū  
 quod inducit Ideas, pugnat, ac vehemē-  
 ter contra ipsam animal in τῆ μετὰ τὰ φύ-  
 σιν αὐτῶν scripsit. ac videtur ille vir nullū de-  
 cretum Platonis ita auersatus, vt illud  
 de Ideis, cum non solum in Logicis τε-  
 ρήματα eas vocet, sed etiam in Ethi-  
 cis contra ipsarum acriter pugnet,  
 & in naturalib. nolit omnino generatio-  
 nes ad Ideas referri, vt in libb. de ortu,  
 & interitu scripsit, in τῆ μετὰ τὰ φυσικὰ  
 multo copiosius, quia de rerum initijs  
 ibi disputat, longas Idearum accusatio-  
 nes intēdat in prima, media, atq. extrē-  
 ma illa disputatione, & in Dialogis a-  
 pertissime clamet, se non posse illi de-  
 creto assentiri, quamuis quis arbitretur  
 se studio contētionis illi cōtradocere.  
 haec conceptis verbis Proclus. e quib.  
 verbis colligit Philopon. mirari se tan-



PE. IO. NVN NESII NOTAE  
ta impudentia homines reperiri, qui au-  
deant pronunciare Platonis, & Aristot.  
consentientem esse de Ideis sententiã.  
Alexand. item Peripateticus perfectus  
in eadem sententia fuit. M. quoq. Tul-  
lius Cicero. lib. 1. Academ. quaest. Arist.  
inquit, primus species labefactavit: quas  
mirifice Plato erat amplexatus, vt in  
his quiddam diuinum esse diceret. Sy-  
rianus successor Platonis eius senten-  
tiam de Ideis. acerrime tuetur contra  
Arist. in comment. lib. 2. de Sapientia,  
& duorum posteriorum, ac praesertim  
lib. 13. siue malis. 12. numerare. vbi propo-  
sitis octo notionib. quibus varie priscei  
Ideas Platonis accipiebant, vnã illã  
probat tantum, qua exemplaria in deo  
aeterna intelliguntur ad mundum, at-  
que ea, quae in eo sunt, procreanda, &  
prouidenda. qua posita docet, quarum  
rerum illi Ideas esse negarent, quarum  
contra illas esse censerent, rationesque  
quib. adducti eas inducere cogerentur,  
ac singulis, vt illi videtur, calumnijs Ari-  
stotelis minutatim respondet. neq. ve-

ro minus in eo laboravit memoria a-  
 uorum nostrorum Geor. Gemistus in li.  
 de differentia Platonis, & Arist. in quo  
 omnia fere ad verbum inculcat, quae  
 Alcinous in lib. de decretis Platon. de  
 Ideis tradiderat, Porphyrius fortasse do-  
 cuisset illos idē de Ideis sensisse in libb.  
 septem, quos de consensu Platon. & A-  
 rist. ediderat, & Boethius, qui libb. de eo-  
 dem argumento conscripserat. quod ut  
 fieri potuerit, alibi cōsiderabimus. nūc  
 ad ea, quae scribit noster auctor, venia-  
 mus. quidam enim extra intellectum i-  
 ipsas posuerunt. nulla earum sententia-  
 rum, quas singulis illis octo notionibus  
 Idearum assignat Syrianus, videtur sic  
 existimasse de Ideis, nisi forte illa quin-  
 cta Socratis, qui vniuersum, quod est in  
 multis, Ideam nominauerat, ut voluit  
 Aristot. Syrianus tamē aliter existimas-  
 se Socratem cōtendit. quod autem hic  
 subiungit, & alij propria sensibilia arbi-  
 trati sunt ipsas, ut hominem immorta-  
 lem, et equum. ] Aristot. hoc ascribit Pla-  
 toni. nam cum Ideas substantias sepa-



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
ratas faceret necesse videbatur, vt tan-  
quã indiuidua, & sensilia per se cohae-  
rent. etenim vniuersa iudicio quidem  
Arist. non sine mentis actione constare  
posse videntur. quod autem inquit ho-  
minem immortalem, & equum, id eius-  
modi est. Ideas faciebant Platonici ae-  
terna exemplaria eorum, quae secun-  
dum naturam, & per se fierent. itaq. Ideã  
hominis ipsi hominem vocabant, quasi  
perfectam quandam, & sempiternam  
hominis speciem, eamq. vt Platonici in-  
terpretantur, ὁμωνύμως de hominib. di-  
ci, aut, vt Arist. videtur illis, Platoni af-  
fingere, συωνύμως.

„ Quod enim non vult ipsa omnino nõ  
„ esse, demonstrat in Metaphysicis, dicens  
„ duplicem esse ordinem, hunc quidem  
„ in duce, hunc autem in exercitu, & alte-  
„ rum esse causam alterius, & in lib. de A-  
„ nima, intellectum, qui est secũdum ani-  
„ mam, esse res. ] loc. hic extat in. 12. lib.  
vt vulgo partiuntur, ἢ μετὰ τὰ φυσικά. ex  
quo etiam colligunt Simple. in com-  
mentt. de caelo, & D. Thomas prima  
parte

parte, atq. alij Ideas ab Arist. comproba-  
 ri. quod negant omnino Syrianus, & a-  
 lij Platonici, nisi doceant primum Ari-  
 stoteli deum videri opificem vniuerso-  
 rum. hic est status controuersiae inter  
 Platonem, & Aristotelem, vt vere ob-  
 seruat Pletho. nam si aliquo modo Ari-  
 stot. fateretur mundum factum a deo  
 fuisse, non tolleretur rationes illas, & spe-  
 cies aeternas in mente diuina. quod Sy-  
 rianus vel ab inuito, & repugnante Ari-  
 stot. extorquere conatur. Ammonius sa-  
 ne librũ ediderat, quem laudat aliquo-  
 ties Simplicius, in quo docebat non so-  
 lum ab Aristotele deum vt finẽ vniuer-  
 si, verum etiam vt causam efficientem  
 agnosci. Sed haec nimis multa: neq. e-  
 nim hic locus disputandi de his. illud ex-  
 tremum ex lib. 3. de Anima deprom-  
 ptum intellectum, qui est secundum a-  
 nimam esse res ipsas, nõ quod res ipsae  
 sint in mente, sed species rerum, vt idẽ  
 Arist. docet: quas species in mente diui-  
 na Ideas nominamus. Sed pergamus ad  
 cetera.



„ Multum nanq. Arist. moderatus fuit  
 „ morib. vnde in Praedicamentis ait, non  
 „ oportet prompte definire, sed quidem  
 „ multoties considerare, & dubitare de  
 „ singulis non esse inutile. | cum docuisset  
 „ Aristot. non tam aduersari sententiae  
 „ magistri sui Platonis, quam ijs, qui  
 „ verborum sola specie decepti, eius sen-  
 „ tētias aliter, quam par erat, accipiebāt,  
 „ confirmat multis testimonijs eiusdem  
 „ Aristotelis, quāta esset eius moderatio.  
 „ ac primus loc. quem profert, est repēti-  
 „ tus, ex Categorijs ex cap. extremo de  
 „ relatis. In quo, cum proxime disputasset  
 „ de partib. substantiarum sint ne relata,  
 „ an substantiae, difficileq. esset senten-  
 „ tiā de ea re pronunciare, propterea, vt  
 „ Porphyr. & Ammō. eo loco explanant,  
 „ addita haec sententia ab Arist. cur autē  
 „ difficile sit de his sententiam pronun-  
 „ ciare, subiicit D. Augustinus ex pa-  
 „ raphrasi Themistij: quia magna vide-  
 „ tur Categoriae relatorum cum cete-  
 „ ris Categoriarum generibus per mix-  
 „ tio, cum per se non cohaereant, sed  
 „ cete-

ceteris nitantur, propterea monet Ari-  
 stot. vt de eiusmodi rebus immo, quod  
 ex eodem loco obseruat Ammonias, in  
 omni causa prius dubitationes affera-  
 mus, quam de illa sententiam nostram  
 pronunciemus: affert enim ipsa dubita-  
 tio inueniendi veri facultatem, vt idem  
 Arist. declarat initio lib. 2. de Sapien-  
 tia. Quod si ex dubitatione veritatem  
 reperire non contingat, saltem eum fru-  
 ctum dubitationis feremus, vt intelliga-  
 mus, cur ea percipi a nobis non potue-  
 rit: quò posito plus cognitionis compa-  
 ramus. addit Boeth. hortari nos Arist.  
 his verbis ad maiorem exercitationem,  
 & considerationem acuminis, ideoque  
 pollicetur se in altero commentario,  
 quem non habemus, de his diligentius  
 disputaturum. Ammon. vero illud adiū-  
 git, quod maxime congruit huic loco,  
 velle Arist. ne in illius sententia plane  
 acquiescamus, sed nos metipsi eiusmodi  
 quaeramus, neq. aliunde suspensas ra-  
 tiones nostri studij habeamus, ne ve vl-  
 lius sententiae addicti simus. in quo ap-  
 paret



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
paret singularis modestia Arist. expo-  
sui minutatim hunc locum, vt sentiant  
nostri Hispani, qui parum de explana-  
tione verborum Arist. atq. de eius inter-  
pretib. laborant, quanto fructu littera-  
rum se priuari patiantur.

» Et in ijs quae de Bono, oportet remi-  
» nisci hominem existentem non solum  
» bene fortunatum, sed demonstrantē.)  
alterum testimoniū Arist. quo eius mo-  
deratio comprobatur. de quo, & de su-  
periori nulla mentio in Graeco exem-  
plari, vt neq. de illis locis, quibus proxi-  
me docebatur consensus Platonis, &  
Arist. in disputatione de ideis, & de mū-  
di molitione. sed loci omnes superio-  
res poterant illustrari, quod essent, ex  
ijs libris petiti, qui in manibus erudito-  
rum versantur, hic autem depromptus  
ex libb. de Bono, quos amisimus. tres au-  
tem de eo argumento scriptos ab Ari-  
stot. refert Laert. ex quibus aliquot lo-  
cos citatis Alexand. cuius commenta-  
rios habemus in libb. *Ἐπεὶ τὰ φυσικὰ.*  
sed quae sit huius loci mens diuinādū:

cum

eum libb. perierint. fortasse eo spectabat non solum oportere, cū homo quisque sit, recordari se beatum esse, nisi illud praeterea demonstratione, hoc est firmissima ratione asseueret. quod sequitur testimonium vulgo notius est, atq. illustrius nec in Graeca vita exprimitur.

Et in Ethicis Nicomachijs, amicus qui dem vit, amica autem veritas, ambob. vero entib. amicis sanctum est praehonorare veritatem. loc. est de promptus ex lib. 1. Nicomacc. in quo disputaturus Arist. contra sententiā sui magistri Platonis de Ideis, quod Philosophi, & mortalis quidem personā ibi sustineat, praefatur veniam diligētius, vt videtur, quā in ceteris libris, quib. easdem labefactat. sed haec verba paulo aliter, quam in Graeco Arist. scripto leguntur: lōgius tamen ab illis abeunt, qui vulgo ex hoc loco illud in ore passim habent. amicus Socrates, amicus Plato: sed magis amica veritas.] in quo illud de Socrate Aristot. falso, & contra illius sententiam



**P E . I O . N V N N E S I I N O T A E**  
affingunt. docet enim Aristot. in libro  
de Sapientia a Platone quidem primū  
inuentas fuisse ideas, Socratem vero oc-  
casione tantum Platoni dedisse ad il-  
las inducendas. scribit igitur Arist. ar-  
duum sibi videri, aut, vt ex Cicerone vi-  
detur commodius verti, subitum dispu-  
tare de Ideis contra amicū, & magi-  
strum Platonem. pro studio tamen veri-  
tatis non solum resistendum esse ami-  
cis, verum etiam nostrā ipsorum, si res  
ita postulet, sententiam mutandam, ali-  
quidq. de nostra dignitate, & constātia  
detrahi patiendum. etenim cū amicos  
honestatis causa amemus, honestatisq.  
caput, & firmamentum sit veritas, ea-  
demq. diuinum quiddam sit, ratio pieta-  
tis, & religionis a nobis postulat, vt ipsi  
plus, quam amicis tribuamus. subiicit  
deinceps alia eiusdem testimonia, e-  
quibus liquet quanta modestia fuerit  
Aristoteles.

- » Et in Meteoris, horum quidem quae-  
» dam dubitamus, quaedam attingimus  
» secundum aliquem modum. & in eisdē

non semel, nec bis, sed infinities easdē,  
 opiniones fieri hominib. quod nō mul-  
 tum sapientia superbiamus, in quib. in-  
 venire videamur. vtrumq. testimoniū  
 extat lib. i. Meteorologicc. in prioris  
 autem loci explanatione haec habet  
 Olympiodorus. vide, inquit, moderatos  
 mores. vt nihil eorum quib. demonstrat  
 (Meteorologica scilicet) affirmat, sed  
 moderate, ait, attingimus. Philopon. ta-  
 men copiosius eundem locum sic illu-  
 strat. mos, inquit, Arist. philosophicus  
 & veritatis studiosus. etenim non polli-  
 cetur arroganter se causas horum de-  
 monstraturum, sed de quibusdam, ait,  
 dubitabimus, & tantum se dicturū pol-  
 licetur, cum causas vna demonstrare  
 non possit. quae etsi scientia compre-  
 hendere non possumus, non est inutile  
 tamen de his dubitare. via enim ad fa-  
 cultatem percipiendi, ea quae quaerun-  
 tur, est dubitatio de ipsis. etenim ipsum  
 versari in dubitationib. aut initium in-  
 uentionis suppeditat, aut illud certe, vt  
 intelligamus nos illud, quod propositū  
 est,



PE. IO. NVNNESII NOTAE

„ est, nescire, neque patitur nos duplici  
„ ignoratione laborare. & paucis inter-  
„ jectis, quaedam, ait, attingimus quodam  
„ modo. id est rationem ipsorum reddi-  
„ mus facile eam attingentes. quasi sub-  
„ stantiam eorum tangentes, vt de con-  
„ cretione nubiũ, de pluuijs, & tonitrib.  
„ & fulgurib. & grandine, & eiusmodi. e-  
„ go vero arbitror modeste dixisse attin-  
„ gimus quodam modo, hoc est non pe-  
„ netralia, sed quasi superficie tenus ipsa  
„ tangimus. etenim quamuis non exqui-  
„ site de his dicere liceat, non ignorabi-  
„ mus tamen omnino ipsa, ortum eorum  
„ specie tantum quadam tangentes. haec  
Philopon. nec mirum tanta modestia  
vsum in his Arist. nam disputatio de Me-  
teorologicis, vt annotat Olympiodor.  
perobscura est: licet in illis dictione per-  
spicua vsus sit Aristoteles. quam senten-  
tiam satis illud confirmat, Theophra-  
stum eius sodalem, & successorem ab  
eo in multis dissensisse: vt in causa effi-  
ciente pluuiarum, in causa motus obli-  
qui ventorum, in loco, vnde exit exha-  
latio

latio calida, & sicca, in causa saporis sal  
 si maris. sed ad aliud testimonium tran-  
 seamus : quod paulo post eodem libro  
 legitur. nō semel, nec bis, sed infinities ,,  
 easdem opiniones etcet. ad quem locū ,,  
 hæc obseruat Olympiod. si igitur vete ,,  
 res existimarunt ex alia natura caelum ,,  
 (quam hæc inferiora) constare & ante ,,  
 Aristot. nō oportet gloriari, in ijs, quae ,,  
 quispiam inuenit. nam cum mundus in ,,  
 finitus sit, contingit vt multi idē dicant ,,  
 & vt fructuum bonus est foetus, sic & ,,  
 animorum. Philopon. autē docet non ,,  
 solum si mundus aeternus sit, vt voluit  
 Aristot. sed etiam, si aliquando coepe-  
 rit, quod vere nos profitemur, idem fu-  
 turum, vt eadem nimirum opiniones  
 sicuti artes, saepius ad homines reuol-  
 uantur. vt musica, inquit Philopon. &  
 statuaria, quae olim floruerant, aetate  
 nostra iacent : quae iterum aliquando  
 reuiuiscunt, & vigebunt eandem sentē-  
 tiam scripserat Arist. lib. i. de caelo: vbi  
 Simplic. quod & D. Thomas appro-  
 bat, de veris tantum opinionibus illam  
 in.



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
interpretatur. sed tranſeamus ad ce-  
tera.

» Et talis quidem ſecundum vitam fuit  
» philoſophus, addidit autē Philoſophiae  
» plura, quae ipſe inuenit. Ethicae addi-  
» dit felicitatem nec in bonis exteriorib.  
» conſtare, ſicut Polyaenus ait. ) quātae  
» acceſſiones factae fuerint ab Ariſtot.  
» philoſophiae diligentius hic traditur,  
» quam apud ſcriptorē Graecum. in Grae-  
» co namq. ſcriptore nil de philoſophia  
» morali, neq. de Mathematicis legitur.  
» ac primum illud inuenit, legebatur in  
» V. T. elegit, quaſi Graece legeretur ἡ  
» πρῆ. pro quo ego malui εὐπραγία minima  
» mutatione. atque ita reſolui, inuenit.  
» de acceſſione autem, quam fecerat A-  
» riſtot. philoſophiae morali, haec ſcribit  
» auctor huius vitae. a Polyaeno philoſo-  
» pho felicitatem in bonis externis col-  
» locari, a Platone autem in anima tantū,  
» ab Ariſtot. vero in anima quidem potiſ-  
» ſimum, ſed inquinari illam, & anguſtam  
» reddi, ſi bonis externis male affecta ſit.  
» Polyaeni cuiuſdam admonitionē pro-  
» fert

fert Stobaeus in sententijs moralib. in  
 disputatione de consolatione, qua mo-  
 net non esse dolendam, si quis moria-  
 tur, sed si quis turpiter moriatur, mor-  
 tem enim naturae deberi. quae senten-  
 tia non multum aliena ab eius opinio-  
 ne videtur, qui felicitatem bonis tantū  
 externis, vt gratia, existimatione, & ho-  
 noribus metiretur. Laert. in Phaedone  
 Polyaeni, vt Socratici philosophi vide-  
 tur meminisse. cui ascriberetur dialo-  
 gus Phaedonis inscriptus Medius. for-  
 te a Medo aliquo, qui se beatum prae  
 ceteris arbitraretur, quod opib. & deli-  
 cijs afflueret. de luxu autē Medico ple-  
 ni sunt veterum libri, & de mensa Me-  
 dica. de qua paroemiographi multa.  
 Nec in anima solū, sicut Plato dicebat. ] „  
 de sententia Platonis, ne multis conge-  
 rendis molestus sim, tātum afferam ea,  
 quae Stobaeus li. 2. Eclogarr. Morall. ex  
 Eudoro Academico Alexandrino repe-  
 tit. is igitur de Platonis sententia, vt La-  
 tine interpreter, haec prodit. Socrates,  
 ac Plato congruenter Pythagorae finē  
 po-



posuerunt a simulationem deo (non enim  
 nim *ὁμοίωσις*. similitudinem, vt Cante-  
 rus reddo) sed Plato id apertius expre-  
 sit, quatenus fieri potest, adiūgēs. quod  
 sola prudentia fieri potest. haec autem  
 est secundum virtutem. addit idē hāc  
 sententiam expressam fuisse a Platone  
 in Timaeo Physice, & Pythagorice, cū  
 prouidentiam diuinam declarat, in li-  
 briis de Repub. Ethice, in Theaeteto  
 Logice, quarto vero de legg. aperte, &  
 copiose, & paulo post idem subiungit  
 Platonem in sententia de beatitudine  
 consensisse Democrito: qui animam fo-  
 cerat domiciliū beatitudinis, sic & Pla-  
 tonem beatitudinem collocasse in pa-  
 te animi principe, quae sit eius habitus  
 quidam, & affectio. sed videamus sen-  
 tentiam Aristot.

Sed habere quidem formam in anima  
 coinquinari autem, & constrictari solū  
 ipsam ab exteriorib. non bene se habet  
 tibus: proprie dictionibus vtens. etenim  
 quae coinquinatur, interius ipsam pul-  
 chritudinem habent, occultantur aut  
 se

secūdam solam superficiem, & constri-  
 cta eandem magnitudinem habent se-  
 cundum veritatem. Arist. diserte prin-  
 cipatū beatitudinis tribuit animo, cum  
 beatitudinem definiat actionem secū-  
 dam virtutem perfectam: idem tamen  
 censeat lib. 1. Nicomacc. in reb. aduersis,  
 & prosperis non esse parem constanti-  
 am viri beati: eas enim res si paruae sint  
 parum admodum commouere virū be-  
 atum, si autē magnae sint, & prosperae  
 etiam illum exornare, sin autem aduer-  
 sae, θλίβειν καὶ λυμάνεσθαι τὸ μακρότερον,  
 id est coinquinare, & constrictare, (vt  
 hic interpretes loquitur) quod beatum  
 est. etenim dolores affert, & impediūt  
 multas actiones honestas: non quod  
 eas funditus tollant. elucet enim in his  
 & ratio honestatis, si quis moderate fe-  
 rat multas, & magnas calamitates, dum  
 id non faciat propter stuporem, aut sen-  
 suum hebetudinem, quodq. sensus dolo-  
 ris plane expers sit, sed propter animi  
 magnitudinem, & virtutem. quod autē  
 hic interpretatur constrictare, Lucret.



PE. IO. NVNNESTI NOTAE

» M. Tul. & alij angustate dicunt. neq. vero  
vllus eorum saltim, quos vidimus, expla-  
natorum Arist. pendit illa verba, vt hic  
» interpres facit. proprie, inquit, & accu-  
» rate vsus est Arist. his verbis. etenim quæ  
inquinantur, cum habeant nativam speciẽ,  
& pulcritudinẽ, superficie tenus cõma-  
culantur: sic & beati animus, quãuis ali-  
quod multũ cõmoueatur magnitudine re-  
rũ aduersarũ, de mẽte tamẽ, & statu suo  
nõ deieitur. &, vt ea quæ angustantur,  
eãdẽ retinẽt re ipsa magnitudinẽ, licet  
fiãt angustiora, sic animus beati licet pre-  
matur magnitudine calamitatis, tamen  
suã retinet magnitudinẽ, & constantiã.  
» Philosophiæ autem addidit quintam  
» essentiam. J hoc loco in Graeca vita le-  
gitur verius Physicæ. i. parti naturali  
Philosophiæ. fortasse legebatur Physi-  
cæ, & ex compendio scripturæ mana-  
uit error, aut quod melius Physiologiẽ,  
quo verbo vtitur M. Tullius. nisi malis  
per antonomasiam positum nomen ge-  
nerale pro speciali. sed de his nimis mul-  
ta. ad sententiam accedamus. Aristote-  
li

si primum ab omnibus fere scriptorib.  
 tribuitur sententia de quinta caeli na-  
 tura, hoc est discrepare a quattuor ele-  
 mentis, ac propterea immortalis: Plato-  
 nis eandem fuisse sententiam conatur  
 docere Simplicius ex Xenocratis ger-  
 manissimi discipuli Platonis auctorida-  
 te: qui in lib. quem scripserat de vita Pla-  
 tonis, docet quinque simplicia corpora a  
 Platone constitui caelum nempe, &  
 quattuor elementa, eaq. ut figuris, sic &  
 natura inter se differre. ita Platonē do-  
 decahedron figuram caelo dedisse di-  
 versam a figuris quattuor elementorū.  
 Sed haec videntur symbolica magis, &  
 Pythagorica, quam vera sententia Pla-  
 tonis. Plato siquidem aperte in Timaeo  
 docet caelos sua natura dissolubiles es-  
 se, voluntate tamen diuina contineri  
 tanquam vinculo firmissimo, ne dissol-  
 vantur. Xenarchus philosophus, nescio  
 an ille Peripateticus, quem a se auditū  
 scribit Strabo, oppugnauerat quintam  
 naturam ab Arist. inuectam: cui tamen  
 respondet accurate Alexand. Aphro-  
 discus.



„ Mathematicae vero hexagonum esse  
 „ conū visūum, propter id quod in plus  
 „ incedit visus, cuius inspicit magnitudi-  
 „ nem, & secundum hoc nihil eorū, quae  
 „ videntur, simul totum videtur, & sic ma-  
 „ iorem fieri axem base, quae est ex hoc,  
 „ & hexagonum conum perficere. ] ne ve-  
 stigium quidem vllvm horum in Grae-  
 ca vita. videtur autem hic auctor postu-  
 lare Mathematicam partem Philoso-  
 phiae esse. quae sentētia Ammonij qui-  
 dem est, & posteriorum. veteres tamen  
 Academici, & Peripatetici, atq. Stoici  
 in alia sententia fuisse videntur. etenim  
 Plato non recipiebat in scholam Philo-  
 sophiae eos, qui Geometriae, hoc est  
 Mathematicarum ignari essent. quasi  
 Mathematicae ante Philosophiae stu-  
 dium aliunde cognitae afferendae es-  
 sent, & Xenocrates eius successor ad-  
 carminandas lanas eos reijciebat, qui  
 sine Mathematicarum cognitione Phi-  
 losophiam adirent. Aristot. item, vt A.  
 Gellius obseruauit, in auditore legiti-  
 mo philosophiae futuro requirebat ele-  
 men

menta eruditionis, id est *τοποπαιδείας*, ut loquitur Plato, quo nomine Grammaticam, Poeticam, Rhetoricam, & Mathematicas comprehendimus nos alibi docuimus. Stoici vero negant eas partes esse Philosophiae: quia nil afferunt praesidij ad bene, beateque viuendum: ut disputat Seneca episto. 89. Sextus etiam Empiricus li. i. de philosophia, cum omnium diligentissime veterum philosophorum sententias de numero partium philosophiae colligat, nullam plane in illis recensendis Mathematicarum artium mentionem facit, sed discrete illas in τῆ *τοποπαιδείας* philosophiae libb. 6. prioribus aduersus Mathematicos numerat. de Arist. vero, & priscis Peripateticis satis multis argumentis a nobis alibi confirmatum ab illis quoque Mathematicas e numero partium philosophiae exemptas fuisse, sed his omissis, quod dicitur primus reperisse Aristot. in Mathematicis, ad optica, spectat, de quibus ille librum singularem inscripserat *ὁπτικόν*, ut apparet in Syllabo Laertij.



PE. IO. NVNNESTI NOTAE  
quem & Bellunensis a se lectū indicat  
quid ergo est inuentum ab Arist? conū  
visium hexagonum esse. quod, vt pla  
nius intelligatur, ponendum illud pri  
mo Aristotelem in hac demonstratio  
ne optica, vt in problematis optici  
sectio. 31. & vt Olympiodorus docet  
in Meteorologicis sequi opinionem  
publicam optidorum visum nimirum  
fieri missis radis ab oculis. quo posi  
to Euclid. in optidorum postulatis  
ponit basim visus, quae est in extre  
mis rei visae conicam esse, alij vulgo  
basim pyramidis quadratae faciunt.  
Aristoteles autem mediam viam, vt  
solet, ingressus, nec conicam rotun  
dā basim facit, neq. quadratam, sed co  
nicam hexagonam. quod vt efficiat, su  
mit illud, vt principium per se notum  
experimento, visum progredi longius,  
quam id quod creditur. ex quo colligit  
nihil eorum, quae videntur, simul totū  
videri. quod est primum theorema O  
ptidorum Euclid. nam cum radij recti,  
& illi, qui extrema attingunt, ac ne ecre  
ri

ri quidem se contingant, atq. aliquo in  
 teruallo inter se distent, vt positum est  
 ab Euclid. in petitionib. necesse est, vt  
 quod medio spatio intercipitur, non  
 cernatur. Vitellio tamē lib. 3. theorem.  
 48. demonstrat fieri posse, vt inaequali  
 ter totum videatur, ac praeteritum si sit  
 vnus tantum coloris, nec procul ab sit,  
 & minorum diametrorum sit. quoniam  
 igitur anguli visus certiores, & distin-  
 ctiores fiunt ex contactu radiorum co-  
 rum, qui fines superficiei visae attingūt,  
 cumq. parte supera, & infera bini angu-  
 li vtrinque ab Opticis ponantur (& recte.  
 quia liberius patet aspectus secundum  
 eas partes) dextera vero, & sinistra, quae  
 altera dimensio superficiei est, angu-  
 stius pateat, & magis prematur, ne-  
 cesse est singulos vtrinque angulos fie-  
 ri. ita erunt necessario sex anguli prin-  
 cipes, atque ita fiet conus hexago-  
 nus. etenim bini fiunt anguli parte su-  
 pera, & totidem infera, & singuli a late-  
 ribus. accuratior autem huius rei demō-  
 stratio ab Opticis exquirenda est: dum

Opti-



PE. IO. NVNNESII NOTAE

Opticis Arist. frui non licet. sed quid est  
» illud, & sic maiorem fieri axé base, quae  
» est ex hoc? de axe quidem radiali, vt lo-  
quitur Vitellio, est sensu perspicuū ma-  
iorem esse basi. vocat enim ille axem ra-  
diale, eum qui cōtingit extrema, qui  
ultra rem vltimam fere longissime progre-  
ditur: non accipiendum autem de axe  
recto: etiam si aliquādo maior base cer-  
nitur: vt in parallellis, quae eminus spe-  
ctantur: quae quo longius absunt, eo an-  
gustiora apparent, vt poene constringe-  
re se, quae procul disiuncta sunt, videā-  
tur, vt columnae Xystorum. legebatur  
in M.S. maioré fieri a. XCIII. base quasi  
notae essent arithmeticae. ex quibus  
ego axem describendum curavi. sed iā  
ad alia transeamus.

» Theologiae vero etiam quamuis nihil  
» addidit, tamen de ea nihil diminute de-  
» terminavit. non enim solum mundana  
» vidit, sicut quidā putant, sed & ea, quae  
» sunt supra mundum. eadem prodit to-  
» tidem verbis vta Graeca. Theologiae  
autem nomine primam philosophiam

in-

intelligit: vt idem Aristo. loquitur lib. 6. de Sapiencia. veteres quoq. ante Arist. illud nomen vsurparunt in parte principe philosophiae. hinc lib. 2. de Rep. Platonis tres illi typi Theologiae, vt loquitur ibi Plato, quib. deus opt. Maxim. insignis est bonitas, scilicet, immutabilitas, & veritas. e cuius loci occasione forte Proclus ille Diadochus sex illos libros de Theologia Platonis tanta serie augustarum triadum digessit. Arist. igitur, quanquam Plato illi in hac parte a multis praefertur, tamen lib. 12. de Sapiencia multa accurate de deo, & reliquis mentib. disputat, atq. etiam ratione & via apertiori, quam Plato, non fabulis, symbolis ve Pythagoricis illa inuoluens, sed demonstrationum firmitatis, quantum patitur rei natura, & vis humani ingenij, illa stabiliens.

Sicut declarat in. 8. de Physico auditu  
dicēs: quod prima causa nec per se mo-  
bilis, nec secundum accidēs. ex hoc de-  
monstrans, quod diuinum nec corpus  
est, neq. passibile. ) Quod primum mo-



PE. IO. NVNNESTI NOTAE  
uēs nec moueatur per se, neq. fortuito,  
sic demonstratur. primo nō per se. quia  
moueretur ab alio, & daretur mouens  
prius primo: quod est absurdū. neq. per  
accidēs, quia quę mouetur per accidēs,  
mouetur ad motū corporis, in quo sūt,  
vt anima in homine: primū autē mouēs  
est omnino a corpore separatū. ex hoc  
autē theoremate cōcludit Arist. vt hic  
auctor cēset primū mouēs, neq. corpo-  
reū, neq. patibile esse. quod est vltimū  
Theorema στοιχειώσεως physicę Procli.  
quā ex posteriorib. libb. physicorū Ari-  
more, & instituto Mathematic. elegātissi-  
me descripsit. Sed hic auctor videtur κώ-  
κλω δειξαι id est, in orbē demonstrasse, vt  
vulgo loquimur, primū mouēs non esse  
corporeū, quia nec mouetur per se, neq.  
fortuito, & vicissim nō moueri fortuito,  
quia omnino a corpore separatū. Arist.  
tamē, & Procl. ex eo aliter sic demonstrāt  
nō esse corporeū. Si corporeū nāq. esset,  
aut vires haberet finitas, aut infinitas:  
neutrū autē illi cōuenire potest. quare  
nō est corporeū, etenim si vires essent  
fini-

finitae, nō proficisceretur ab eo actio il-  
 la immēsa, qua demōstratū supra est mo-  
 tu sempiterno illud caelos mouere, sin  
 infinitae, nullo modo essent in corpore  
 finito, vt in superiorib. libb. probatū est.  
 ac ne in infinito quide: quia demōstra-  
 tū li. 3. & alibi nullū eiusmodi corp<sup>o</sup> co-  
 haerere posse. ex his etiā efficietur neq.  
 patibile esse primū mouēs. etenī omne  
 patibile, corporeū est. Cōposuit autē ”  
 & medicinalia pblemata, & physica pro- ”  
 blemata, in. lxx. libb. existētia, & aspe- ”  
 ctua problemata, & Mechanica. ] qua ”  
 si dicat praeter eas accessiones, quas fe-  
 cit Ari. singulis partib. philosophiae, se-  
 paratī edidit multa problemata diuer-  
 sarū artiū. quod autē Ari. 70. libb. edide-  
 rit problematū tātū physicorū, aut cer-  
 te simul physicorū, & medicorū nusquā  
 alibi legi. in his certe, quae habem<sup>o</sup>, sunt  
 aliquae sectiones problematū medico-  
 rū, vt tota prima, sūt & moraliū quales  
 27. 28. 29. 30. sunt & Mathematicorum,  
 eiusmodi. 15. & musicorum, vt. 19. & de  
 Philologia, cuiusmodi est, 18. naturalium  
 vero multo plures. non extant tamen



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
nisi. 38. sectiones. e quib. vt septem, aut  
octo eximamus, quae neq. naturalium,  
neq. medicorum problematū dici pos-  
sunt, superessent. 30. itaq. vt expleretur  
numerushic notat<sup>9</sup>, deessent. 40. memi-  
nerunt autem horum praeter interpre-  
tes Arist. & alij, vt Athen. Apuleius, A.  
Gellius, Macrobius & alij. deesse multas se-  
ctiones in his verisimile est. in editione  
ultima Aldina Graeca obseruatum dees-  
se duas sectiones integras; & pulcerri-  
mas post. 25. vnā de igne, alterā de lumi-  
ne. legimus & apud A. Gellium, & alios  
problematū aliquorū physicorum mē-  
tionem factam, quae in his nusquam ap-  
parent. tale illud Simplic. lib. 2. comm.  
in libb. de caelo, in quo docet Aristot.  
non acquiescisse sententiae Astronomo-  
rū de orbib. reuoluentib. A. Gellius ci-  
tat problema ex sect. 30. nomine pro-  
blemm. encyliorū. atq. idem lib. 3. cap.  
6, citat lib. septimū problemm. Ari. de  
Aspectiuis autem, aut vt vulgo loquun-  
tur, de perspectiuis ediderat Aristot. lib.  
vnum ὀπτικόν, vt supra monuimus, &

de

de Mechanicis alterū qui extat. Laert. prodit Arist. lib. singularem de problematis, duos *πρωτεθαιμένων* problematū, totidem encycliorum problematū, & de re medica item duos.

Et scriptas ab eo iustificationes Graecarum ciuitatum, quibus lites Graecorum determinabat. scripta autem est ab eo posterius historia politiarum. ]

Laert. in indice libb. laudat libb. 2. *Δικασμάτων* nomine, interpretor autem *δικαιώματα* iura, quemadmodum accipit Thueyd. li. 6. quib. dirimebantur lites Graecorum, vindicabanturq. iniuriae alijs illatae, efficiebaturq. vt quisq. ius suum obtineret, aut quod verius est, docebatur vt ius disceptare iudices, & magistratus Graeci solerēt. sic & νόμιμα Barbarica inscripserat alios libros quibus fortasse iura, aut instituta certe Barbararum nationum persequeretur. de quib. Varro, & alij, & nos supra. de Historia item politiarum satis multa supra distulerimus. illa vero accessio facta hoc loco, quae aliūde, quod sciam, no-



PE. IO. NVNNESTI NOTAE  
ta nō est, post τὰ Συναρματα Graeciae  
„ editas ab Arist. fuisse Politias. In philo  
„ sophia vero transcendit humanā mēsu  
„ tā, nihil diminute de ea tractans, sed &  
„ multa ei adijciēs ex sui solertia, totā di  
„ rexit philosophiā. ] superiora in Graeca  
„ vita nō erāt descripta, haec vero in illa  
„ expressa sunt. de doctrina quidē Arist.  
„ multa veteres scriptores disputarūt. e  
„ quib. non oīa quidē, quę infinita prope  
„ essent, neq. seruata serie aetatis auctorū,  
„ sed vt occurrēt, aliqua tā tū proferā. D.  
„ Cyrill<sup>9</sup> cōtra Iuliā. lib. i. ille, inquit, qui  
„ apud eos maximā, & vsq. ad miraculum  
„ grauitatē sentētiarum habet Arist. Sta  
„ girates Plat. discipulus. quo loco forte  
„ Graece legitur *Σενότιτα* (neq. enim ad  
„ huc in eos libros Graecos incidere no  
„ bis contigit) id est vim, vt M. Tul. inter  
„ pretatur in Demosthene: quae summa  
„ & caput est toti<sup>9</sup> prudētiaē humanae,  
„ ita, vt nil in ea praetermissum, nil redū  
„ dās, nil alieno loco positū, nil perperā  
„ immutatū fere possit notari. Rosius in  
„ prolegomenis Physic. cōfirmat accu  
„ ratif.

ratissime Arist. & inuentorē. & perfectore  
 re fuisse Logicae, Physiologiae, & τῆς μὲν  
 τὰ φυσικὰ. affirmaturus idem de Morali  
 si in eius libb. Politicos incidisset. quod  
 negat sibi contigisse in epitoma eorū,  
 quae analytice Plato in libb. de Rep. de  
 Politicis tradiderat. ac inuentorē illarū  
 artiū fuisse Arist. sic Roisus confirmat.  
 quia, quae ceteri ante ipsum de illis tra-  
 diderant, erāt eiusmodi, vt vix dubitatio-  
 nis loco proferri tuto possent, naedum  
 pro parte certa artiū: Ari. cōtra scripta  
 eiusmodi sunt, vt singulae sentētiaē in-  
 stat principiorū in singulis artib. plane  
 sint. quapropter praeclare idē Roisi? sin-  
 gulas sentētiaē Ari. separatī pēdit, tāquā  
 aphorismos Hippoc. quos vulgo textus  
 cōmentorū Latini appellāt. quae autē  
 Plato de his docuit, prope accedūt ad  
 rationē, & viā, qua artes doceri debēt,  
 sed sunt quā paucissima, vt ille ait, si cū  
 scriptis Arist. cōferātur. perfectore autē  
 fuisse illarū artiū ita demōstrat: quia nul-  
 la poene accessio, aut confutatio sen-  
 tentiarū Arist. facta a posteris vsq. ad ei?

acrat



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
aetatem fuit, quae alicuius esset momē  
ti, quod de Physiologia plane non pro  
nunciasset, si in libros Theophrasti de  
plantis incidisset: qui tamen ex eadem  
schola, & officina prodierāt. nisi forte ex  
istimauit eam partē satis expleri duob.  
illis libris de plantis, in quos legimus  
extare commentaria magna eiusdem  
Roissij: quī libri si sunt ij, qui vulgo circū  
feruntur, non video quod praesidiū pos  
sint afferre. indigni certe Aristotele. cē  
tones male assuti ex locis varijs Arist. &  
lib. i. Hist. Theophrasti. Theodorus itē  
Logotheta *ἐν τοῖς συμμίτοις* confirmat  
Aristotelem inuentorem, & perfectorem  
Logicae fuisse. Physiologiae vero tan  
tum perfectorem, solamq. eius philoso  
phiam a posteris receptam, cū sola pro  
pe superstes sit, eumq. qui probe noue  
rit eius philosophiam, & memoria te  
nuerit, eum in omnibus partibus vitae,  
& sapientiae perfectum futurum. Log  
cis porro, & *ἐν τοῖς μὲν τὰ φύτνα* Arist  
nullam accessionem factam a posteris  
accepimus, quae insignis sit: nisi qui  
fort

forte illam subijciat de Syllogismis hypotheticis, quae a Theophrasto, & Eudemo facta dicitur auctore Boethio, & ex eodem potest sarciri. quod autem Academici suum Plat. *ἐν τοῖς μὲν τὰ φυσικὰ* Aristoteli anteponunt, in vnoq. Parmenide totā eius Theologiā cōtineri arbitratur, id eiusmodi est, vt Galen. & Marinus Procli in Academia successor, nihil praeter logicas praeeptiones de generib. & formis ibi exponi videantur existimasse. & vero ratio illa Zenonis, quae in Parmenide docetur, videtur potius dialectica, quam primae Philosophiae propterquam & ἀμφοτέρω γλώσσει cognomen Zeno ille Velinus inuenit, atq. eum eius dialecticae inuentorem fuisse Arist. in Sophista pronunciauerat, vt legitur apud Laert. ita & dialog<sup>9</sup> Parmenides Platon. *λογικὸς* inscribitur. nam libri illi de Theologia Platon. qui a Proclo magno studio ex varijs locis Platonis colliguntur, satis declarant nil fere a Platone perpetua serie, vt ab Arist. fieri videmus, de Theologia dis-



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
putatū fuisse. quid quod omnia poena  
sunt mystica, & Pythagorica, & ad suas  
triades *βιαιώτερον* aliquando reuocata.  
in *σοιχειώσει* autē Platonis Theologiae  
nulla Methodus Platonis spectari vi-  
detur, sed potius Ari. & Mathematica.  
etenim Plato suas demonstrationes fa-  
bulis obsignat: quarum ne vestigiū qui-  
dem vllū ibi cernitur, ac ne omnia qui-  
dem certa in ea *σοιχειώσει*, vt nec in 6.  
libb. eiusdem de Platonis Theologia.  
Mystica vero Theologia, quae Aristo.  
vulgo ascribitur, longissime abest a ge-  
nere dicendi, & scribendi Aristotelico.  
quod autem Epicurus vitio vertit Arist.  
pl<sup>o</sup> iusto curiosum in singulis animalium  
formis, & natura, & morib. describēdis  
videri, & pharmacopolam eum contu-  
meliose appellat, plenum est inuidiae  
iniquissimae: cum ad illos libros com-  
ponendos millia hominum, vt ait Plin.  
iussa essent ab Alexandro rege illi pare-  
re, aucupes, piscatores, venatores, quo-  
rum opera posset ille facilius singula  
perferutari. nam quod Proclus in com-  
mentt,

mentt. Timaei scribit Platonem principia ortus Meteororum tantum explicasse, Arist. vero ultra id quod decet, ad minuta quaeq. delapsum, mera calumnia est. venire in mentem illi debuit illud Arist. lib. I. de partt. in omnibus naturalibus rebus etiam in abiectissimis quidam admirabile, & diuinum latere: quod ibidem confirmat Arist. testimonio illustri Heracliti philosophi. in disputatione vero de animalibus. quod idem Proclus tradit, a Platone omnes causas τελικὰς, & συναπτίους expositas, ab Aristotele vero in paucis admodum formam indicatam, in plerisque etiam illum tantum in materia constituisse, dumque ex illa causas reddi, apparere quantum superetur a suo magistro Plat. apertam prodit calumniam. etenim libb. de partibus. & progressu animalium. in materia, & fine singularium partium subtilissime demonstrat, atque in libb. de ortu animalium. efficientem, formam autem, aut eandem cum fine plane facit, aut dum explicat, qui singula fiunt, reuocat more Physico ad temperationes illas, & rationes



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
agendi, & patiendi, quas lib. 4. Meteorologg. vt cetera acute perspexit. quae pars physiologiae, nisi fuisset ita diligenter ab Arist. atq. eius sectatorib. explicata, iacuisset vniuersa disciplina medicinae, incertaq. vagaretur, vt ex Galen. aliquot locis colligi potest, & alij vt Rofius ingenue illud profitentur, ac ne hippiatrica, neq. agricultura, si τεχνικώτερον tractarentur, constare cum dignitate sine ea parte, & certo potuissent. quod autem obijcit Proclus logicae Aristot. in scholijs ad Cratylum Plat. facile percipi posse eius analyticam ab homine non hebeti, neq. tardo, vt illud ei concedamus, quod pleriq. veteres negant, non est certe id in vitio ponendum. neq. id a Proclo eriminandum in Arist. fuit, quod ipse tanto studio sectatur in vtraq. στοιχειώτεσι Theologica, inquam, & physica, & quod tanto ornamento illi est in commentt. Euclid. vt quotiescunq. iudicium suum interponit, & grauissime quidem de erratis, vt illi videtur, Euclidis, non methodos Platonicas, sed analyti-

lyticas Arist. consulat, & ad eas tanquā  
 ad normam certissimam iudicium suū  
 referat. in methodis autem Platonis, &  
 praesertim in definiendi, & diuidendi,  
 quantum insit obscuritatis, atq. etiā  
 quae alia insint errata, qui legerit attē-  
 te lib. 1. Arist. de partibus animal. facile  
 cognosceret: & praesertim si comparaue-  
 rit illa cum exemplis, quae leguntur in  
 eiusdem Platonis Politico, & Sophista.  
 demonstrandi item methodus Platon.  
 quae fit per diuisiones, quam Plato ma-  
 gni faciebat, quam inconstans, & incer-  
 ta sit, copiose docet Arist. lib. 1. de Sylo-  
 gismo. quod si Stoici Peripateticos, vt  
 tardos in differēdo, irrident, id faciunt,  
 quia spinosa illorum argumenta non  
 sectantur: quae Peripatetici verissime  
 refellunt. Idem potest pronunciarī de  
 poeticis, & Rhetoricis Aristot. quod  
 de partibus Philosophiae attribuit Roi-  
 sius Aristoteli. etenim ante illum nemi-  
 nem licet reperire, qui artes has ita  
 τεχνικῶς docuerit, neq. posterū videtur  
 quicquam illis adiunxisse, quod perma-



PE. IO. NVNNESI NOTAE  
gni interesset. nā quae vulgo fit accessio  
Poeticis de comoedia, & alijs, ea fit pro  
pterea quod li. 2. Poetic. illius amissim<sup>o</sup>.  
quae vero facta est ab Hermagoreis, &  
praesertim ab Herm. Rhet. Arist. ad v-  
sum potius, & exercitationē, quā ad me-  
thodū artis, spectat. cōiūxerāt nāq. Her-  
magorei vsum cū methodis artis. vt tra-  
didit M. Tul. Criticā quoq. (sic Gram.  
olim nominabāt) in speciē artis primus  
Ari. reuocauit, vt ait Dio Chrysostr<sup>o</sup>:  
a quo eādē perfectā fuisse credibile est.  
cōcludamus igitur cū Rosio, si inuenire  
eandem artem, eamq. perficere diuini  
potius, quam humani ingenij est, Ari-  
stot. autem tot artes, tamque praestan-  
tes primus methodo saltem accurata  
inuenit, & perfecit, diuinac potius, quā  
humanae conditionis illud esse, meri-  
toq. Arist. diuinum, vt ille ait, vitū a ue-  
teribus fuisse appellatum. itaq. factum,  
vt simulatq. eius libri vulgo noti esse  
coeperunt, ceterorum philosophorum  
familiae, & scripta obscurarentur, vixq.  
eorum spicilegia superessent. vnus tan-

tum Platonis prope omnia habemus: e quibus, & si quis decem tantum illos dialogos, quibus vniuersam philosophiã a Platone comprehendi voluit Iamblichus, separatim, & quo ordine Platonicis eos digesserunt, persequatur, vix millesimam partẽ philosophiæ exprimer, si cum scriptis Arist. & Theophrasti ea compareret. Quare merito idem Roisius in prooemio Physicæ peregrinum quiddam, & singulare, ac miraculum Aristot. nominauit, tertio vero lib. Meteorologg. regulam, & exemplar naturæ, quasi de caelo delapsum. Quintil. *ὁ κριτικὸς τῆς ἀρετῆς* lib. 10. hæc de Arist. prodit, quid Aristotelem? quem dubito scitari erũ, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum, clariorem putem. Macrobius autẽ magni in primis nominis philosophus, & philologus ausus est de Arist. illud pronunciare nihil tantum virũ ignorare potuisse. Theodorus Logotheta consiliarium eum, & assessorem naturæ appellat, & normam rectissimã,



**P E. I O. NVNNESII NOTAE**  
atq. accuratissimam naturae, & artificē  
omnino perfectum, atq. naturae patro-  
num. Plin. summum in omni scientia  
virum nominat. de Peripatetica vero di-  
sciplina M. Tullius. 5. de Fin. docet ni-  
hil ab ea in vlla parte Philosophiae præ-  
termissum, omniaq. cum rationib. pro-  
babilibus, tum necessarijs, quales illae  
Mathematicorū, demonstrata: ex eaq.  
poetas nobiles, oratores, historicos, im-  
peratores, rerumq. publicarum guber-  
natores prodiisse. legimus etiam. s. Tu-  
sicul. ab Aristot. veteres philosophos  
accusatos, quod iactarent suis inge-  
nijs philosophiam perfectam fuisse, te-  
tamē videre, quod paucis annis magna  
accessio facta esset, breui tempore phi-  
losofiam plane absolutam futuram.  
Galen. vero perspicue docet nullā phi-  
losophorum disciplinam constantiorē,  
nullā certiorē, nullā magis suis prin-  
cipijs, atq. finib. consentientem. fatetur  
idē ingenue lib. 2. de Decrett. Hippoc.  
& Platon. se libb. illos quindecim de De-  
monstratione, in quib. omne praesidiū  
suae

suae artis, & ceterarum collocabat, ex decretis Logicis Arist. & Theoph. de-  
 prōpsisse, exemplisq. potissimū suae ar-  
 tis illa illustrasse: sed veniam<sup>o</sup> ad cetera.

Logicae enim apponit distinguens re-  
 gulas a reb. & faciens demonstratiuā me-  
 thodū. antiqui enim demonstrare quidē  
 sciebant, idem patientes scindere co-  
 rium nō potentibus, calceis autem vti  
 potentibus. ] quod Arist. videtur in ex-  
 trēmo lib. Elenchorum arti tantum To-  
 picæ, & Elenchorū tribuere, illud hic  
 auctor transfert ad methodum apodi-  
 cticam, id est demonstrandi: quae finis  
 & summa Logicae est. Nec ceterae Lo-  
 gicae partes ab vllō ante Arist. repertæ.  
 nam Categorias, quarum inuentū Py-  
 thagoricis alij tribuunt, incertum est,  
 negatq. Themistias Architæ Pythago-  
 rici esse eos libb. qui καθόλα λόγοι in-  
 scribuntur, sed Peripatetici cuiuspiam:  
 qui vetustate nominis auctoritatē sub  
 operi comparare voluit. Figuras autem  
 syllogismorum primus Arist. monstra-  
 se dicitur ab Alexandro, & Philopon.



PE. IO. NVNNESI NOTAE  
vno verbo omnes methodos Logicas  
ab Arist. inuentas scribit. a Platone autē  
paucissima tantum praēcepta definiē-  
di, & diuidendi ex tota arte accepimus,  
vt vere potuerit affirmare Arist. . vsum  
tantum illos artis, non praeepta tradi-  
disse. Haec autem omnia, vt proxima su-  
periora, & quae deinceps sequuntur, de-  
scripta sunt in Graeca vita.

» Insurgentibus autem ipsi Atheniensibus.  
» iuit Chalcidem hoc dicens, Non conce-  
» dam Atheniensibus bis peccare in phi-  
» losophiam, & mittens Antipatro scri-  
» bit Athenis commorari periculosum.  
» & dixit illud Homericum.

» Pyrus autem supra pyrum senescit, fi-  
cus, autem supra ficum, successionem  
accusatorum aenigmatice loquens.

Alexandro mortuo ἀνταρτίας ἐν Αθηναίοις  
γενομένης, vt in Graeca vita legitur, id  
est conirratione inter Athen. coor-  
ta, sed melius. V. T. cum in eum Athe-  
nienses conspirassent, accusatus est ab  
ipsis, vt scribit Origen. contra Celsum  
quod ἀσεβής, & ἀθεός esset, aut ab Eury-

me donte Hierophanta Cereris, vt ait Laert. aut a Demophilo, vt prodiderat Phauorius, quod hymnum in Hermiã tyrannum Atarnensium scripsisset: qui honos diuino tantum numini debebatur, siue ille pæan esset, vt vult Laert. siue scolion, vt disputat Athenæus. cohonestauerat præterea Arist. eundem Hermiam statua, quã illi possuerat Delphis, atq. epigrammate. describuntur autem epigramma, & hymnus a Laert. & Athen. Veritus ergo Aristot. ne ab Atheniensib. supremo supplicio plecteretur, dimissa schola Atheniensis, profectus est Chalcidem urbem maritimam Euboeae insulae ad euripum sitam, illud iactitans: Non concedam Atheniẽs sib. vt bis in philosophiam peccent. occiderant enim antea Socratem philosophum, vt addit auctor Graecus, & veterum monumenta comprobant eiusdem criminis, inique, vt post apparuit, condemnatum. & mittens Antipatro, hoc est ἄντιστρατον. i. vt supra locutus est missa epistola ad Antipatrum successorem



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
rem Alexandri in regno, & suum disci-  
pulum, vt tradit Suid. nouem porro epi-  
stolas ait Laert. ab Aristot. ad Antipa-  
trum scriptas. in illis Euseb. lib. 15. de  
Praep. Euan. ex li. 7. Aristoclis Peripat.  
de philosophia scribit Aristotelem pur-  
gasse se diligēter de nuptijs Pythiadis.  
Sed quod attinet ad accusationem im-  
pietatis, ferebatur apologia Aristot. qua  
se tuebatur. ea dubitat Athen. esset ne  
Aristot. Phauorinus eam causam primā  
iudicialem pro se eum conscripsisse in-  
quit, vt refert Laert. Senec. vero lib. de  
vit. beat. solam eam causam pro se tota  
vita dixisse commemorat. versus autē,  
quem vsurpauit, ex duob. hemistichijs.  
lib. 11. Odys. Homeri conglutinatus est.  
versus sunt vulgo noti.

Οχνη ἐπ' ὀχνη γηράσκει, μῆλον δ' ὄπι' μή-  
λω.

Αὐτὰρ ὄπι' σαφυλῆ σαφυλῆ, σύκομ δὲ ὄπι'  
σύκω.

quem quoq. locum scribit Eustat. ia-  
etatum ab Ari. contra calumnias Athe-  
nienſiū quae assidue erant, nec vnquā  
in

intermittebantur, sed aliae alijs, ut poma succedebant. hemistichion autem illud *ὅτι σύνκωμ* alludit ad nomen illud *συκοφαντίας*: quo vulgo in calumnijs Athenis utebantur.

Vixit autem Arist. annos. LXIII. vsq. ad illum locum fuerunt anni. LXIII. est haec *ἀνακεφαλαίωσις* totius Chronologiae vitae Aristot. quae totidē fere verbis in exemplari Graeco scripta est. initio tantū est in Graeca leuis quaedam adiunctio. Vixit autem *τὸ σύνπαντα χρόνον* Arist. id est si summam annorum totius vitae in vnum colligas. LXIII. annos. sed de singulis capitib. huius *ἀνακεφαλαίωσης* satis multa supra disputauimus. vixit autem annos. 63. ac quidam, ut ait Suid. 70. vixisse prodiderūt in qua sententia fuisse Eumolū scribit Laert. eandē videtur sequi Cedrenus: ea tamē falsa est. vt ex. superiorib. liquet.

Et mortuus est in Chalcide dimittens testamentū scriptum: quod fertur ab Andronico, & Ptolemaeo cum voluminibus suorum tractatum. ] Aristot.



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
in Chalcide mortuum fuisse omnes cō-  
sentiūt, sed in mortiscausa dissentiunt.  
alij enim mortuū dicunt exhausto po-  
culocicutae, cum accusationē impieta-  
tis pertinesceret, alij quod ignoraret  
causam accessus, & recessus Euripi Eu-  
boici prae taedio mortuum, alij morbo  
potius ventriculi propter assiduas vigi-  
lias, & nunquam intermissa studia litte-  
rarum perijsse affirmant. posterioribus  
potius assentiendum videtur, quod ἰσο-  
ρικώτεροι, & φιλολογώτεροι ceteris es-  
sent: Dionys. nimirum Halicarnas. A-  
pollodorus Atheniensis, & Censorius  
& alij. testamentum Aristotelis extat  
apud Laert. & index eius librorum:  
quamuis multi videntur in eo praeteri-  
ti, qui germani Arist. existimātur. illud  
praeterea desiderari in Laert. syllabo vi-  
detur, ut libb. quorū argumenta inter se  
cōgruerent, in vnū locū cōferret: quod  
ab Andronico Peripatetico in digeren-  
dis libris Arist. & Theophrasti effectum  
commemorāt Porphy. in vita Plotini,  
quod & se imitatū ait idē Porphy. in re  
uocan-

cãdis libb. sui doctõris Plotini in Ennea-  
 des: eam quoq. rationem antea secutũ  
 fuisse Apollodorũ Arheniensem in Co-  
 moedijs Epicharmi in decẽ tomos tri-  
 buendis. Andronico Rhodio forte *πίνα-  
 κες* nominabantur, in quib. scripta Ari-  
 stot. & Theophr. in genera certa dispu-  
 tationum redigebat: quos eo nomine  
 sua aetate vulgo notos scribit Plutarch.  
 in Sylla. ad illos *πίνακας* referendum il-  
 lud videtur, quod in Theophr. Graece  
 vulgato legimus octauum eius librum  
*περὶ ἱστορίας φυτῶν* ab Andronico inscri-  
 ptum fuisse, licet ab Hermippo *ἑξ ἑπο-  
 ρανικῶν, καὶ ποσειδῶν* inscriberetur. & in  
 prologo *τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ* Theophr. ex  
 iisdem repetitum Andronicum non a-  
 gnoscere illum librum Theophrasti. il-  
 la singularia in Andronico, vt hoc obi-  
 ter moneam, fuerunt: vnum quod Plu-  
 tarchus in Sylla prodidit, libros Ari-  
 stotelis & Theophrasti, qui antea pau-  
 cis etiam philosophis noti erant (quod  
 & Cicero in Topicis scribit) emẽdatos  
 a Tyrannione, primo Andronico Rho-  
 dio



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
dio traditos. alterum vndecimū ab A-  
rist. scholae Peripatet. praefuisse, quod  
refert Ammonius in comment. Cate-  
goriarum. quod etsi tentatū est ab O-  
ctauiano Ferrario propter decem illos  
successores, quos vita M. S. incerti au-  
ctoris, quam ipse habebat, illi comme-  
morabat, miror tamen illū plus tribue-  
re nescio cui filio terrae in historiae fi-  
de, quam Cicero, Plutarcho, Laertio,  
& Clementi Alexandrino. nam quod  
Praxitelem facit successorē Theophra-  
sti, aduersatur toti antiquitati: quod ad-  
dit Aristoni successisse Lyeiscum, &  
Praxiphane, his Hieron. Rhodium,  
huic Prytanum, cui Phormionem, de  
Praxiphane dubium, cum discipulus  
Theophrasti ab omnibus dicatur, post  
annos quib. operam dedit Theophra-  
sto, & 18. quib. scholam rexit Strato &  
40. quib. Lyco ei praefuit, & Aristonis  
circiter decem, praefectum fuisse Pra-  
xiphane scholae. de Hieron. Rhodio  
permirum, cum toties de illo fiat men-  
tio a varijs scriptoribus, & tam honorifi-

ca, nullum eius successionis vestigium in monumentis veterum reperiri. Praxitelem, Prytanum, Lyciscum Peripateticos quis vnquam legit? de Phormione Peripatetico, quod scribitur a M. Tul. 2. de oratore, disertim Stoico Phormioni, & conceptis verbis ascribit Stobaeus. Critolaus vero quod sit decimus ab Arist. quam ridiculū? magis probo diligentiam nostri Patricij, qui praeter illos septem priores veterum consensu comprobatos, interponit duos ex Athenaeo certissimos Erymneum, & Athenionem, qui si Apelliconem Teiū, vt fuit Aristot. studiosissimus, praepositum fuisse scholae asserere potuisset, vixisset, neq. vllus locus dubitationi relictus fuisset. tertium illud singulare in Andronico, quam laudem maximam illi tribuit Galen. lib. Quod animi mores, &c. vt philosophiam, quā ceteri Peripatetici dedita opera obscurauerant, quā planissime doceret. itaq. Simplicius in Categor. ait illum *παραφρατικῶς* illas explanasse: vt mirer qui. Themist. principem



**P E. I O. N V N N E S I I N O T A E**  
pem se faciat eius generis explanandi:  
nisi forte in Analyticis tantum illud in-  
intelligi voluit. de Ptolemaeo, qui testa-  
mētū, & indicem libb. Arist. descripsit,  
incertum, qui fuit: an Ptolemaeus Phi-  
ladelphus rex Aegypti studiosissimus li-  
brorū, & praesertim Aristot. auditorq.  
Stratonis Lampfaceni, successoris scho-  
lae Peripateticae, vt memoriae manda-  
uit Laert. an ille, quem Longinus apud  
Porphyrium in Plotino sua aetate Pe-  
ripareticū φιλολογώτατον fuisse inquit,  
nihilq. praeter poemata quaedam, &  
ἑπιδεικτικὸς λόγος edidisse. an quod cre-  
dibilius, tertius ille Peripateticus, qui  
sententiam Dionysij Thracis de Gram-  
matica refutauerat, quod illam expe-  
rientiam fecisset, vt legitur apud Sex.  
Empiricum: sed progrediamur ad reli-  
qua.

„ Dimisit autem filium Nicomachum,  
„ & filiam Pythiada, proprios autem di-  
„ scipulos Theophrastum, Phanium, Pla-  
„ mae, Eudemum, Olitum, Aristoxenum,  
„ Dicaearchum, tractatus autem nume-

ro mille. de filijs Arist. satis supra disputatum: de discipulis clariore tantū aliquot videtur numerare, non ex vulgo illorū, quos solū pomeridianis horis admittebat ad *περίπατον δειλιπὸν*, vt ait, A. Gellius, in quo tradebat illis Rhetoricās meditationes, & ea quae ad facultatem argutiarum, ciuiliūq. rerum notitiam conducebant, sed ex germanis auditoribus, quod *ἑταίρους*, id est sodales prisca nominant: quos cum eorum ingenium prius, laborem, studium, elementa eruditionis, id est philologiae cognitionem explorasset, ad *περίπατον ἑωθινὸν* recipiebat, maneque docebat *ἀκροατικὰ*, id est subtiliorem, & accuratiorē philosophiae disciplinam, vt analyticam, physicam, *τὰ μὲν τὰ φυσικὰ*, & *ἀκροάσεις ἠθικὰς, & πολιτικὰς*, quales in Nicomachijs, & politicis illius continentur, non typo tantū, cuiusmodi Rhetoribus satis idoneas esse ipse existimat lib. i. Rhetoricarum. sed de his duobus generib. scribendi nos alibi copiosius ex Cicerone, Galeno, Gellio, & ex



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
interpretib. antiquis Arist. disseruimus,  
vt de eius discipulis in lib. de claris Pe-  
ripateticis. quo in libro, quae singularia  
in quoq. fuisse potuimus obseruare, col-  
ligimus, vt paulo antea in Andronico  
fecimus. illud obiter hoc loco, & paucis  
dolendum, cum prius Peripatetici sa-  
pientiam cum eloquentia cōiungerēt,  
quod & a Philonē Academico nobili  
aetate M. Tullij factitatum accepimus,  
& omnes philosophos fere veteres eos-  
dem sapientissimos, & eloquentissimos  
fuisse, nostra aetate tantum dissidiū lin-  
guae, & cordis in scholas philosofo-  
rum infusum siue negligētia, siue igno-  
ratione eorum, qui scholas administrāt,  
aut doctorum, siue praepropera audito-  
rum festinatione, vt pauci, quae audiūt,  
quaeq. legūt, intelligant, pauciores pos-  
sint, quae sentiūt, alios docere, quod ta-  
men proprium signū scientis esse Plat.  
in. 1. Alcib. & Arist. 1. de Sapientia nota-  
runt, paucissimi, qui ea quae norunt, lit-  
terarum monumentis consignare, & po-  
steris

steris ea tradere possint, multi vero qui impudentissime audeant publice, & priuatim dicere non solum Barbariem, & orationis squalorem philosophiae non nocere, verum etiam illi cognoscendae multum prodesse, & quod omnium indignissimum, necessariam esse. sed redeamus ad Arist. discipulos, Theophrasti vita extat copiosa apud Laertium. satis autem magna est illius laus, & commemoratione dignissima ab Arist. lectum fuisse successorem scholae, & disciplinae Peripateticae. proxima laus Eudemi non illius Cyprij, sed Rhodij. vinum etenim Rhodium cum gustasset Aristot. morti proximus, & Lesbium, vtrunq. opido bonum esse dixit, vt est apud A. Gellium, sed Lesbiū suauius. quo facto aperte significauit primum locum inter discipulos suos Theophrasto, secundū Eudemo tribuendum. erat quippe Lesbius Theophrastus, Eudemus autē Rhodius. nam quod vulgo Menedemus in A. Gellio editum, nullo modo probare possum, cū Menedemi Peripatetici vix



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
ab alio auctore, & alio loco fiat mentio,  
Eudemi vero plurima apud varios scri-  
ptores, & honorificētissima, ac semper  
ab Alexandr. & alijs optimis interpre-  
tib. Theophrastus, & Eudemus, vt soda-  
les Arist. & illius sententiae coniunctis-  
simi citentur. Eudemi porro vitam scri-  
pserat Damas, vt refert Simpl. in com-  
mentt. Physf. Phanium fortasse proxi-  
mum subiecit hic auctor Theophrasto:  
quod ambo Eressij fuissēt ex insula Le-  
sbo: sed quod sequitur Plamæ quid sit i-  
gnoro. nullum noui discipulum Arist. eo  
nomine: nisi forte legas Platonem. fuit  
enim eo nomine auditor Arist. de quo  
Laert. in Platon. & Philopō. in cōmēt. l. i. de Syllogismo. malo tamen repone-  
re Phaniae, quod propius abest a scri-  
ptura: vt quemadmodum Demosthenes  
Demosthenis, & alij sex centi cognomi-  
nes patrum, sic Phantias Phaniae appel-  
laretur: quanquam id nusquam de Pha-  
nia legi. huius Phaniae saepe memine-  
runt Plin. & Athen. pro Olitum pror-  
sus legendum Clitum: cuius, vt discipu-  
li

li Arist. meminit Athen. affertq. eius descriptionem Meleagridum auium: eius etiam meminerunt, vt comitis Alexandri in bello, qui res gestas Alexandri scripserunt, & Valer. Maximus. de Aristoxeno Tarentino discipulo Aristi. Suid. & alij Graeci, & Romani. extant eius libri tres Harmonicorum Graece: qui satis abunde testatur, quam dignus esset successione scholae Peripateticae, quam tantopere appetiuerat. in Musicis praefertur a Cicerone, & alijs, ceteris eius artis magistris. Dicaearchum Messenium Aristi. discipulum describit Suid. vt Philosophum, Rhetorem, & Geometra. addit maximũ honorẽ illi habitũ a Lacedaemonijs: vt Resp. Spartiatarũ, quã ille descriperat, magno cõuẽtu lacedaemoniorũ ante Ephoros in singulos annos recitaretur, legeq. lata omnes cum primum pubertatem attigissent, ad eã audiendam conuenirent, eamque consuetudinem diu Lacedaemone durasse. Panetius Philosophus clarissimus Stoicus hũc semper in ore habebat vna cũ



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
Aristot. & Theophrasto principib. Peripateticorum, vt scribit M. Tullius Cicero, item eius librorum lectione mirifice capiebatur. de ceteris Arist. discipulis, atq. de his ipsis plura fortasse, & meliora afferri poterāt, si ad hanc aetate peruenissent vitae illorum descriptae ab Hermippo, & a Nieandro Alexandrino. sed ex reliquis, si quid ex veterū scriptis licet conijcere, vt ceteros mitamus. ῥητορικώτερον, & ποιητικώτερον  
Theodectes Phaselita fuit, φιλολογώτερον  
Clearchus Solensis, cuius multa apud Athenaeum testimonia, φιλοσοφώτερον  
vero Hieron. Rhodius, quem discipulum Aristot. ait Athen. lib. 10. fuisse, ποικιλώτερος  
Heraclides Ponticus, ἰατρικώτερον  
Meno, ἱστορικώτερον  
Callisthenes. ignotiores vulgo Echekratides Methymnaeus, & Adrastus Macedo, de quib. Stephanus, atq. Euxitheus, de quo Plutarch, ἐν τοῖς πολιτικοῖς ᾠδαγγέλματι, neq. magis vulgo notus Pasicrates Rhodius filius Bonaei Rhodij fratris Eudemii. huic ascribebant aliqui, vt ait Io.

Gram-

Grammaticus ἐν ταῖς παρεκβολαῖς in  
 τὰ μὲν τὰ φυσικὰ librum illum, quē Graec  
 ei Alpha minus τὸ μὲν τὰ φυσικὰ vocant,  
 Latini vero secundum inscribunt: quae  
 si vera sententia est, fuit & is sapientis-  
 simus. haecenus de discipulis, quid do-  
 tractatib. ut hic loquitur, quos Aristot.  
 reliquit? tractatus autē numero mille. J  
 si tractatus sunt ἑρμηνείαι integrae,  
 non libri sigillatim recensiti, vix erunt  
 quingenti. si, ut κυλίνδρος numerat Laert.  
 libb. Epicuri, recenseas, pauciores erūt.  
 Laert. sane, ut doceat Arist. φιλοσοφία-  
 τατορ, & εὐρετικώτατορ fuisse, quadrin-  
 genta prope συγγράμματα ait illum cō-  
 scripsisse: qui foetus illius legitimi sint.  
 nam multo plura illi attribui, ut quadra-  
 ginta Analyticorum refert Philop. Ari-  
 stot. nomine edita, quattuor vero tan-  
 tum, quae habemus, illi adjudicata, ut  
 legitima. sic & Simpliic. scribit in Cate-  
 gorijs a quibusdam illi assignari τὰ  
 παρὰ λέξιμ, qui libri qui, & quot fue-  
 rint, incertum: nisi sint illi παρὰ λέξεωσ  
 6. quorum meminit Laert. Sed haec o-



PE. IO. NVNNESTI NOTAE  
omnia incerta. neque enim certus nu-  
merus librorum Aristot. notari a nobis  
potest. idem certe Laert. in Epicuro in-  
ter πολυγραφεύτας refert Arist. quan-  
quam Epicurum putat plura scripsisse:  
quod aliorum testimonia suis scriptis  
non inferferit, vt Aristot. & Zeno', atq.  
Chrysippus: qui in illis coaceruãdis ce-  
teros superat. sed iniquè facit, vt alibi  
obseruauimus, qui Arist. eandem notã,  
quam Stoicis inurat: cum Stoici, vt scri-  
bit Galen. testimonijs poetarũ sua pas-  
sim cõfirmarent, immo & integris poe-  
matis aliquãdo sua assererent. quod nus-  
quam ab Aristotelem factum videmus:  
sed vt suam sententiam, & veritatẽ ma-  
gis confirmet, aliorum decreta, & argu-  
menta, quib. illa confirmarent, profert,  
ac diligẽter refellit: neq. omnia quidẽ,  
sed ea tantum, quae εὐλογα viderẽtur, &  
aut rationum pondere, aut philosofo-  
rum auctoritate poterant aliquem con-  
turbare. quid autem sequitur?  
» Multa autem potuit cum regib. qui fue-  
» runt tempore suo, Philippo, Olympia de

de, Alexandro, & Antipatro. ] in hunc,  
 locū vitæ Græcæ irreperūt aliquos  
 verba, quæ si retineas, coarguūt aucto-  
 rem mendacij: a cuius suspicione libe-  
 rat illum V. T. etenim Græce sic legi-  
 tur ἐπανερχεται δ' αὖθις ὁ Ἀριστοτέλης ἐν  
 Μακεδονία, καὶ πολλὰ ἐδυνήθη &c. nā postea  
 quam Chalcidem migravit, quod accu-  
 saretur impietatis, nunquam reuersus  
 est in Macedoniam. quod autem pluri-  
 mum valeret apud hos reges, perspicuū  
 ex superiorib. quanquam Alexand. im-  
 mutata postea fuit in ipsum voluntate  
 causa Callisthenis affinis sui, qui Alexā-  
 drum libere obiurgauerat. qua de cau-  
 sa scribit Laert. Alexandrum, vt laede-  
 ret Aristot. auxisse Anaximenem aemu-  
 lum Callisthenis, & Xenocrati Acade-  
 mico, cum quo maximæ similitates e-  
 rant Aristoteli, quinquaginta talenta  
 dono misisse, quod etiā refert Plutarc.  
 Pausan. in Eliacis narat Arist. positam  
 fuisse statuam siue a discipulo, siue ab a-  
 liquo milite, quod apud Alexandrum  
 plurimum, postea apud Antipatrum va-  
 luif-



PE. IO. NVNNÉSII NOTAE  
luisse. amicitia tamen Antipatri non  
magnae laudi fuit Arist. cum Plin. Plu-  
tarc. & Arrhian. atq. alij scribant Arist.  
docuisse Antipatrum venenum illud  
Stygiae aquae in vngula mulae asser-  
uatum ad Alexandrum necandum. ex-  
trema illa sunt in hac vita.

- » Plurimū autē vsus est organo philoso-  
» phiae. propriū autē fuit philosophiae  
» Arist. non discedere ab euidencia.) o-  
mnes Peripatetici veteres Logicam fe-  
cerunt organum. i. instrumentum potif-  
simum philosophiae (a qua inuenta di-  
cirur ab Alexand. lib. i. Priorr.) deinde  
ceterarum scientiarum, & artium, atq.  
totius consuetudinis humanae. quam  
sententiam colligit aperte Alex. li. i. To-  
pic. ex diuisione problematum, & pro-  
positionum, quas affert ibi Aristo. nam  
eū primo proposuisset tria genera quae  
stionum, & propositionum, in quib. fa-  
cultas dialectica versaretur, vnū, quod  
in contemplatione cernitur, alterum  
quod in reb. expetendis, & fugiendis,  
tertium, quod neutrum horum spectat,  
sed

sed ad vtrunq. affert adiumentū (quod est proprium instrumenti) subijcit primi generis quaestiones esse Physicas, id est in contemplatione positas, secundi morales, vltimi vero Logicas. quibus verbis quam planissime docuit Logicā esse instrumentum reliquarum partiū philosophiae, atq. artium. quod autem Arist. plurimū vsus sit Logica in omnibus suis scriptis, consentiens est totius antiquitatis sententia, ipsaq. illius scripta cumulatissime illud declarant, tanta methodo, & artificio elaborata, vt omnium veterum τεχνικώτατος, & μεθοδικώτατος existimetur: & merito quidem. nam cum ipse passim ceteros philosophos propter ignorationem Logicae, aut, vt ipse loquitur δι' ἀπειρίαν τ' ἀναλυτικῶν, aut ἀπαδευσίαν aberrasse cōqueratur, preposterere fecisse existimaretur, si ipse praesidium illud nō adhibuisset, cuius inopiam ceteris magno detrimento fuisse idem prodiderat. conceptis autem verbis eiusdem potest demonstrari, quanto studio praeceptiones Logi-



PE. IO. NVNNE SII NOTAE  
cas coniunxerit cum re subiecta in sin-  
gulis suis libris, etiam in iisdem Logi-  
eis docendis. quod vno tantum, aut al-  
tero exemplo manifesto conuincetur.  
disputat Arist. in Categorr. cap. de sub-  
stantia speciem substantiae magis es-  
se substantiam, quam genus, & confir-  
mat suam sententiam hoc argumento:  
quia propinquior est primae substan-  
tiae, quae simpliciter, & maxime pro-  
prie substantia est. praeceptum autem  
„ his verbis expressum li. 3. Topp. quod  
„ propinqui<sup>9</sup> simpliciter tali, id est magis  
„ tale. idem lib. 1. de Demonstratione pro-  
bat demonstrationem vniuersam me-  
liorem esse particulari: quoniam habet  
virtutem demonstrationis. locus autem  
lib. 3. Topp. disertim sic expressus est,  
quod habet virtutem rei, id melius est.  
quare vero Simplic. 1. 1. de cael. Aristot.  
appellat sedem, & parentem omnis ar-  
tificij. quod sequitur deinceps, propriū  
fuisse philosophiae Aristot. non disce-  
dere ab euidencia, nos addidimus τὸ  
ab euidencia, quod deerat in M. S. quia  
nil

nil crebrius in omnibus explanatorib.  
 Graecis legimus, quam Arist. & eius se-  
 ctatores nūquā ἀφίστασθαι τῆς ἐναργείας,  
 idq. in eius libris vbiq. verum esse expe-  
 rimur. sed nullus illorum planius, neq.  
 accuratius hoc institutum Ari. docuit,  
 quam Simpl. in τοῖς προλεγομένοις Cate-  
 gorr. his verbis, quae Latine exprimā:  
 nusquā autē solet (Arist.) ab euidētia re-  
 cedere. cūq. duplex euidētia sit ad fidē,  
 faciēdā, vna ex mente, altera ex sensu,  
 petita, cū differat cū ijs, qui sensibus vi-  
 uimus, praefert eā, quae a sensu proficif-  
 citur. quā ob causam inest in eiusdemō-  
 strationibus vis persuadendi, quae ne-  
 cessario cogit: vt si quis non assentiatur,  
 illi propter opinionem aliquam non sa-  
 tis felicē, & idoneam, quae animū illius  
 occupauerit, cogatur tamē obmutescere,  
 nechiscere audeat. vbiq. autem solet  
 a natura nō discedere: quin & ea, quae  
 supra naturam sunt, considerat referēs  
 illa ad naturam, vt diuinus Plato con-  
 tra morē Pythagorico res naturales  
 tractat, quatenus participes sunt ea-  
 rum,



„ earum, quae sunt supra naturam. haec  
 „ Simplicius, quam sententiam Macrobius  
 „ ut ab interpretibus Aristotelis ab eam,  
 „ sic comprobatur. lib. 7. Saturni. nec pos-  
 „ sum non assentiri Aristoteli a cuius in-  
 „ uentis nec ipsa natura dissentit. clausu-  
 „ la huius vitae haec est, cui ego addidi  
 „ verbum illud, composuit.  
 „ Composuit autem Aristoteles lib. de oratione: vn-  
 „ de Simplicius quod enim intelligat & super  
 „ intellectum, & supra substantiam Aristoteles  
 „ manifestum est apud finem libri de Ora-  
 „ tione plane dicens: quod Deus aut in-  
 „ tellectus est, aut aliquid supra intel-  
 „ lectum. ] Suspicio lacunam hic esse: ne-  
 „ que desiderari tantum illa verba, quae  
 „ ego addidi, ab euidencia & composuit,  
 „ sed etiam plura quibus satisfaceret illi  
 „ ἐν τῶσδε si Aristoteles nunquam discedit a  
 „ natura, & sensu, immo & nostra trans-  
 „ fert ad diuina, & illa tractat more sensi-  
 „ li, & naturali, fortasse non est affectus  
 „ diuina, ut Plato, neque vis eius ingenij  
 „ transiit limites sensus, & naturae: cui  
 „ apposite responderet hoc testimonio A-  
 „ risto:

aristotelis Simplicius in comm. lib. 2. de  
 caelo. est autem locus ex l. *ὅθεν ἐγενε-  
 χῆς*, vt refert Simplic. aut, vt legitur a-  
 pud Laert. *ὅθεν ἐυχῆς* id est de precib.  
 aut de voto. probat igitur Simplicius  
 nouisse Aristot. aliquid supra mentem,  
 & supra substantiam: quia asserit eo lo-  
 co Arist. deum aut mentem esse, aut ali-  
 quid supra mentem. deus Aristoteli pla-  
 ne mens est. 12. lib. de Sapiētia. sed quod  
 sit ultra mentē Platonice facillimū est  
 probare. demonstrat siquidem Procl. in  
*σοιχειώται* Theologiae Platon. theore-  
 20. ipsum vnum, & ipsum bonum, quae  
 demonstrauerat antea idem esse theo-  
 rem. 13. superius esse omni mente: quia  
 omnia, quomocunq. sint, vnum par-  
 ticipant, non omnia tamen mentē par-  
 ticipant. ipso autem vno nil, inquit, est  
 superius: quia idem est, atq. bonum, vt  
 ipse demonstrauerat, bonum autem de-  
 monstratum fuerat antea ab eodē the-  
 orem. 12. causam primam omnium enti-  
 um esse. Aristot. tamen nō videtur isto  
 modo suam sententiā tueri, sed illo de-



PE. IO. NVNNESII NOTAE  
um esse supra eas mentes, quae raptae  
amore eius immēsaē bonitatis ceteros  
caelos mouent: cum ille rationem finis,  
& mouentis primi immobilis ex decre-  
tis illius habeat, hae vero propter appe-  
titum eius finis moueant. addit Laert.  
vitae Arist. apophthegmata illius, & sū-  
mā eius decretorum, quae ille studiose  
collegit. etsi in ea cū philosophiā Theo-  
reticā & Logicā ex decretis Arist. par-  
titur, videtur aliqua cōturbare. subijcit  
enim philosophiae contemplanti Rhe-  
toricam, & Logicam, vtrumq. autem a  
sententia Arist. alienum. sed de Logica  
emendat ipse, quod dixerat, cum addit,  
nō vt partē subijci ab illo philosophiae,  
sed vt instrumentum. Logicā autē diui-  
dit in inuentionem, iudicium, & vsum:  
ita vt ad inuentionem propositionum  
referat Topica, & Methodica Arist. ad  
iudicium Analytica, ad vsum vero octa-  
uam Topice. atq. Elenchos. in hac qui-  
dem diuisione multa incerta. principio  
Methodicorum libri hypōnematici e-  
rant, vt obseruat Simpliē. in cōmētarijs

Categor. vt non videatur apposite nu-  
 merari cum acroamaticis: cum ex illis  
 vix aliquid testimonij loco, vt ait Alexã  
 der, afferri posset ad Arist. sententiam af-  
 ferendam, *συνωστειν* q. scripta essent, ne  
 que ad vnum scopum vniuersa eorum  
 conscriptio pertineret. quanquam con-  
 iungi potuisse videtur a Laert. propter  
 argumenti similitudinem, licet diuersa  
 ratione, & via vtrunq. Peripatetici per-  
 sequerentur. iã vero inuentio assigna-  
 tur quoq. ab Ari. Priorib. Analyticis ge-  
 neralis illa quidem, sed illis congruens  
 secunda sectione lib. I. cum de copia pro-  
 positionum disputat: Analyticis etiam  
 Posteriorib. est sua inuentio attributa  
 cap. 4. lib. I. vt docet Themist. neq. To-  
 picis deest sua iudicij ratio, cum octa-  
 uo scilicet lib. agitur de dilectu proposi-  
 tionum. quod autem adiungit ad iudi-  
 cium faciendum de sumptionib. perti-  
 nere Priora Analytica, ad iudicium ve-  
 ro de collectione Posteriora, multo in-  
 certius videtur. nã in Prioribus nihil al-  
 liud docemur, quã quæ ratio colligendi



PE. IO. NVNNESTI NOTAE  
aut concludēdi recta sit, quaeq. vitiosa,  
in posteriorib. vero cuiusmodi sumptio-  
nes, & propositiones sumendae sint ad  
demonstrationes conficiendas. neq. ve-  
ro vsus in Topicis, & Elenchis solū spe-  
ctandus, sed in Analyticis quoq. quan-  
quam illa in concertatione magis posi-  
ta cernūtur: a qua longissime abest de-  
monstratio. planius, & verius Logicam  
more Peripateticorum in duas partes  
principes diuisisset: vnam quae solā ve-  
ritatem, & rei naturam spectat, alteram  
quae ad hominum potius opinionem  
refertur: illam Analyticam, hanc pro-  
prio nomine dialecticam ab Arist. ap-  
pellari videmus, vtriq. vero parti cōmu-  
nē esse reliquam, quam σοιχειώδη Grae-  
ci vocant, libb. videlicet Categorr. &  
Ἠθικῆ ἐπιμνηστικῆς. sed quoniam vnus Arist. in  
scholis philosophorum, & merito qui-  
dē, relictus, cuius decretis philosophia  
multis retro saeculis stat, ne dum con-  
uicijs, aut calumnijs veterum praeser-  
tim aliquid de eius morū probitate de-  
tractum fuisse videtur, possit eius existi-  
ma-

mationem violare, locū elegantissimū  
 Aristoclis Messenij Peripatetici vete-  
 ris ex lib. 7. illius de Philosophiae histo-  
 ria repetendū hoc loco existimauimus:  
 qui apud Euseb. lib. 15. de praep. Euan-  
 gel. legitur: in quo ille eumulate aemu-  
 lis Arist. satisfacit. locum autem sin mi-  
 nus pro dignitate, certe quam planissi-  
 me fieri poterit, Latine reddemus. est i-  
 gitur locus eiusmodi. Qui igitur fieri  
 potest, vt ait Epicurus in epistola *ὅτι*  
*ἐπιτηδεύματάων*, cum adulescens esset (A-  
 rist. scilicet) abligurisse ipsum bona pa-  
 terna, postea in militiam proficisci coa-  
 ctum, cumq. male cum eo ageretur, ad  
 pharmacopolium venisse? deinde cum  
 Plato omnib. Peripatū aperuisset, ipsū  
 recepisse? & quis probabit illud Timaei  
 Tauromenitae, qui scribit in historijs,  
 prouecta iam aetate eluisse illū fores  
 viles ignobilis officinae medicae? quis  
 autem adducetur, vt credat, quae dicū-  
 tur ab Aristoxeno musico in Plat. vita?  
 nam sū peregre profectus esset, ait sur-  
 rexisse quosdam peregrinos, & contra  
 ipsum.



„ ipsū Peripatū crexisse. quae verba qui-  
 „ dam de Aristotele accipiunt: immerito:  
 „ cū Aristoxenus semper Aristotelē lau-  
 „ det. ridiculos etiam quis iure existima-  
 „ bit illos commentarios Alexini concer-  
 „ tatorij. inducit enim Alexandrum pue-  
 „ rum cum patre Philippo colloquentē,  
 „ & sermones Aristot. respicientem, appro-  
 „ bantem autem Nicagoram quendam  
 „ cognomine Hermē. & Ebulides aper-  
 „ te in libro, quem contra ipsum edidit,  
 „ mentitur. primum quidem poemata fri-  
 „ gida proferens, quasi alij illa conscri-  
 „ psissent de nuptijs, & affinitate, quam  
 „ cum Hermia coniunxerat, deinde dicit  
 „ ab ipsa Philippum laesum fuisse, neque  
 „ morienti Platoni affuisse, librosque i-  
 „ plius corrupisse. nam Democharis ac-  
 „ cusationem contra philosophos quid  
 „ opus est commemorare? non solum  
 „ Aristotelem, verum etiam alios maledi-  
 „ ctis fixit: tum etiā calumnias eius quis-  
 „ piam considerans, nugari ipsum dicit:  
 „ ait enim epistolas Arist. deprehēsas cō-  
 „ tra urbem Athenarum, atque eundem

patriam suam Stagiram Macedonibus „  
 prodidisse, & Olyntho euerfa indicasse „  
 in praedae venditione Philippo locu- „  
 pleissimos quosque Olynthios. stulte „  
 etiam & Cephisodorus Isoeratis disci- „  
 pulus ipsum calumniatus est, vt mol- „  
 lem, & helluonem, atque alia eiusmodi „  
 in eum iactitans. stultissimum autem o- „  
 mium, quod dictum est ab eo Lycone, „  
 qui se Pythagoricū esse profiteretur. ait „  
 enim Aristotelē sacra fecisse suae vxori „  
 mortuae, eiusmodi Athenientes Cere „  
 ri faciunt, cumque oleo calido lauare „  
 tur, illud postea vendere solitum, cum „  
 que in Chalcidem migraret, reperisse „  
 redemptores vectigalium in nauigio „  
 septuaginta quinque oilas aeneas. ac fe „  
 re tot fuerunt, qui primi calumniati A „  
 rist. sunt. e quibus aliqui eadem aetate, „  
 alij paulo post viguerunt. omnes au- „  
 tem Sophistae, & concertatorij, & rhe- „  
 tores, quorum & nomina, & libri pe- „  
 rierunt, magis quam corpora. nam „  
 eos, qui post istos floruerunt, aut ea „  
 dem, quae isti dixerant, repetunt o- „



PE · IO · NVNNESII NOTAE  
omittere aequū est, & praesertim eos,  
qui ne in libros quidem illorum incide-  
runt, sed temere aliqua de suo affinge-  
runt: quales sunt, qui dicunt trecentas  
eum ollas habuisse. nam cum nullus re-  
periatur hoc dixisse, eorū, qui tunc fue-  
runt praeter Lyconem, is tamē septua-  
ginta solū & quinque ollas inuentas fuis-  
se dixit. non solum autem ex temporū  
ratione, & ex ijs, qui calūniati sunt, con-  
iecerit quispiam falsa esse omnia, quae  
ab ijs dicta sunt, uerū etiam ex eo, quod  
non omnes eadē calūniantur, sed quis-  
que suam calumniam ab alijs discrepan-  
tem proferat. quod si ullum ex istis con-  
uictijs vere iactatū fuisset, nō semel, sed  
millies ab istis Arist. vexatus fuisset. per-  
spicuum igitur est Aristoteli idē, quod  
alijs multis accidisse, ut eum propter a-  
micitiam, qua coniunctus cum regib. e-  
rat, tum propter excellentiam disputa-  
tionum, inuidia Sophistarum eius saec-  
uli premeretur. oportet autē eos, qui  
bene sentiunt, non intueri calumniato-  
res, sed eos quoque qui ipsum laudant, &  
imi-

imitantur. neq. enim minus multi, & hi  
 quidem praestabiliore deprehendun-  
 tur ac cetera quidē conuitia manifesto  
 conficta fuerunt, haec autem duo tan-  
 tum videntur credibilia, propter quae  
 a quibusdam vituperatur. vnum quidē  
 quod assentatus Hermiae duxit vxorē  
 Pythiada eius quidem sororem patriuā,  
 adoptiuam vero filiam. qua de re Theo-  
 critus Chius tale edidit epigramma.

Ερμεία ευνέχετο κ' Ευβύλα τόδε δέλεα  
 Μνήμα κενὸν κενόφρων θῆκεν Ἀριστοτέλης.  
 Ος διὰ τῆς ἀκρατῆ γαστροῦ φύσιν εἴλετο  
 ναίειν

Αντ' ἀκαδημίας βορβόρα ἐν ποροχαῖς  
 id est,

Hermiae Eubuli seruo, eunuchoque  
 sepulcrum

Hoc vacuū statuit, vanus Aristoteles:  
 Ventris ob ingluuiem, qui coeni opta-  
 uit in ipsis

Missa Academia viuere confluuijs.  
 alterum autem, quod ingratus fuit in  
 Platonem. ac de Hermiae quidē, & Ari-  
 sto. amicitia alij multi conscripserunt,



PE. IO. NVNNE SII N O T A E  
„ atq. in ijs Apellio, in cuius libros qui  
„ inciderit, desinet laedere ipsos. de nu-  
„ ptijs autem Pythiadis satis cumulate i-  
„ pse in epistolis, quas scripsit ad Antipa-  
„ trum respondit. nam mortuo Hermia,  
„ propter beniuolentiam, qua ipsam pro-  
„ sedquebatur, eam duxit vxorem, pudicā  
„ alioqui, & probam, infortunatam tamē  
„ propter calamitates, quae fratri illius  
„ acciderant. Haecenus Aristocles Messe-  
„ nius. si qui autem post istos ausi sunt ex-  
„ istimationem Arist. violare, & vitā illius  
„ laedere, cū eadē plane atq. superiores, in-  
„ culcēt satis abunde videtur hoc loco A-  
„ ristoclis Messenij illis satisfactū fuisse.  
„ nam de Aristotelis doctrina, quod cete-  
„ ris praestabilior sit, quoniam satis mul-  
„ ta in his scholijs aspersimus, longiorēq. o-  
„ rationem postulat haec disputatio, in a-  
„ lium locum commodiorem ea a nobis  
„ reijcietur. illud vnū breui hoc loco sub-  
„ iungemus ex Theodoro Logotheta o-  
„ mnia scripta Chrysippi, & Stoicorum,  
„ atq. Gal. in quib. aliquid cōtra Arist. de-  
„ creta Logica, aut Physica disputabatur,

ita

ita iudicio posterorum fuisse improba-  
 ta, vt ne vestigium vllum illorum iam e-  
 ius aetate superesset. quod si qui post  
 Gal in philosophia aliquid edidissent, e-  
 os omnes vt Iouis Corinthum, eadē il-  
 la Aristotelis, & veterum Peripatetico-  
 rum ad verbū repetere, nihilq. praeter  
 ea conscriptione magnopere dignum  
 afferre. nam contra alias philosophorū  
 familias copiose, & vere ab Aristocle  
 Messenio in commune est libb. de hi-  
 storia philosophica disputatum: vt con-  
 tra vetustiores illos Xenophanem, Par-  
 menidem, Zenonem, & Melisum, qui  
 fidem omnem sensibus abrogabant, &  
 contra Metrodorum, Protagoram, &  
 alios, apud quos sensuum iudicium fa-  
 miliam ducebant, & contra Aristippū,  
 atq. Cyrenaicos, quib. animi perturba-  
 tiones omnia moderabantur, & contra  
 Epicureos, qui omnia ad voluptatē refe-  
 rebant, & contra Academicos novos,  
 qui nihil comprehendi posse affirma-  
 bant, & tādē cōtra Ephecticos, siue Sce-  
 pticos, qui ne se quidē natos, neq. homi-  
 nes.



PE. IO. NVNNESI NOTAE  
nes esse affirmare omni sublatō penitus  
iudicio veritatis, audebant. Ex his faci-  
le quiuis poterit sibi persuadere nec su-  
periorum philosophorum, nec aequaliū,  
neq. eorum, qui inferiori aetate floru-  
runt illius doctrinam cum discipli-  
na Aristotelis, & Peripatetico-  
rum posse com-  
parari.

ERRATA IN SIGNIORA

P. 45. b. u. 5. lege praestat potissimum. p. 54. b. 3. praeproperae.  
p. 64. u. 3. palito saltim, satis ad id quod volumus aptor in  
quatern. N. usq. ad N. 6. b. repon. in titulis pagin. vita Aristo-  
telis, & deinceps usq. ad quatern. P. P. IO. NVNNESI NO-  
TAE AD VITAM ARISTOTELIS. p. 107. u. 9. Hegemo  
& Dionysio Halic. interposui. u. 17. e regione Neaeclims. rep. Ol.  
115. p. 130. b. u. 24. pro & alterum leg. & unum. p. 137. u. 16.  
Paropamisadas. p. 163. b. u. 1. que librū. p. 166. b. u. 21. encyclicor  
p. 171. b. u. 5. Hermogene. p. 172. u. 16. scientia. p. 173. u. 22. suo.  
p. 175. usque ad illum locum edendum alio caractere. p. 176. b.  
praefectum illum fuisse. del. Praxiphanem. p. 198. u. 10. quod  
181. b. u. 15. Aristotele.



GRAECORVM VER-  
BORVM, ET LOCVTIO-  
num interpretatio  
Latina.



2. auscultatoria, externa. p. 3. adū-  
brata ratione. p. 16. de collocatione  
nominum. p. 29. hoc nomen αἰδῶ  
I. aenuntia ab. p. 47. simularibus. p.

67. quid. quod erat esse. p. 71. coniunctio. p. 74.  
ipse homo est animal. p. 76. evidentius. p. 78. ab  
ala alatum, a temone temonatus. entelechia. n. 9.  
perfecti habita a perfecto & habendo. p. 83. dicibi-  
le. p. 84. praecedenti contemplatione. p. 103. in  
miscellaneis. p. 103. b. principum Atheniensium  
p. 105. b. annus imperio vacuus. p. 108. cōturbat  
te, aut ex Thracia te natum significat paronomas.  
sia. p. 108. b. aper. apri portus. p. 110. b. passio.  
per tropum. p. 111. Aesclepiadarum generis. redū-  
dans. ambo autem hi nempe Nicomachus, &  
Phaestis genus dicebant ab Aesculapio. p. 111. b.  
diuinum. daemonium. diuus. p. 113. despondit. p.  
113. b. Eudemia analytica, aut Eudemi de Analy-  
icis. p. 115. n. striciorum. adoptiva. neptis ex fra-  
tre, aut sorore. p. 117. disputatio ex verisimilib.  
p. 118. b. nemo ingrediatur ignarus geometriae.  
p. 119. dubitationes Homeri. cōmentarius. p. 119.  
b. Ilias ex scrinio. p. 121. de Poetis. disputationū  
artis Poeticae. Arist. in tertio de Poetis. in lib.

de



de Poetis. p. 122. fragmenta de Poeticis. artis Poeticae. p. 122. b. Poetica. doctor. artis. artium. p. 123. ars. collectionis. p. 123. b. erratum historiae. p. 125. cum Platone autem septem & decem annus versatus est. subaudiendum natus. p. 126. ingenij celeritatem. p. 128. b. pullus. p. 129. audiui autem ab Aristocle. p. 130. b. archonte Nausimacho Myrrhinusio duob. & viginti annis Lysia iunior. p. 133. trivialia. ingenuorum institutionem. p. 133. b. trivialia praeccepta. contemplationes, & scientias triviales, institutionem triviale. musicam triviale. triviales institutiones. orbem. triviales disciplinas. trivialia. triviales disputationes. p. 134. b. disputationes. p. 136. nutritur. proficiscitur. p. 137. b. descriptionem orbis. p. 138. elaboratum fuit. p. 139. b. inhabitabilem esse. non habitatio. p. 141. b. particularia. p. 142. b. cum bellum fieret, aut factum fuit. p. 143. mortuo Alexandro. priuatas. p. 143. b. legitimas respubb. spurias. instituta Barbarica. in historijs mirabilib. p. 144. ex experientia. per instantiam. per concessionem. in libb. de inuentione. p. 146. per excellentiam. p. 146. b. legitima. p. 147. ineptum. p. 147. b. generabilis. p. 151. contemplatinae. p. 152. b. consideratio eorum quae Arist. contra Timaeum Plat. disputauit. p. 153. praeludiacatus. p. 155. b. elementorum. p. 167. inspectorum. p. 169. b. violentius. p. 170. finales. causas adiunctas. p. 170. b. artificiosius. p. 171. artificiose. p. 172. maximi indicij vir. p. 173. vniuersales sermones. p. 173. b. impius erga deum. p. 175. de finib. iteratio

o capitulum. p. 175. b. maiores historici, & philo-  
i. p. 176. tabulas. de historia plantarū. de cre-  
& herbis. p. 177. u. 24. paraphrasis more. p.  
77. b. orationes demōstratiuas. p. 178. u. 5. de am-  
bulationē vespertinam. u. 14. de ambulationē ma-  
tutinam. u. 19. auscultationes morales, & cini-  
les. p. 180. b. u. 11. Rhetoricus magis, & magis Po-  
eta. u. 12. magis Philologus. u. 14. magis Philoso-  
phus. u. 17. magis varius. u. 18. magis Medicus,  
magis Historicus. u. 22. in Politicis praeceptis.  
p. 181. u. 1. in excerptis. u. 9. disputationes. u.  
11. cylindros. u. 13. laboris patitiēssimū, ad inueni-  
endum aptissimum. u. 15. libri. u. 22. quae ex di-  
ctione. u. 24. de dictione. p. 181. b. u. 4. qui quam-  
plurima scripserunt. u. 20. consentanea rationi.  
p. 182. u. 6. reuertitur autem iterum Aristoteles  
in Macedoniam & multum potuit. p. 183. u. 14.  
artificiosissimus, & maximus methodicus. u. 18.  
propter ignorationem analyticorum. u. 19. igno-  
rationem methodi. p. 184. u. 3. discedere ab eui-  
dentia. p. 185. u. 2. de voto. p. 186. u. 5. sparsim. p.  
186. b. u. 15. elementariam. p. 186. u. 5. sparsim.  
p. 187. u. 11. de institutis.

**BARCINONE.**

Ex Typographia Sebastiani à  
Cormellas. Anno.

1594.